
CRONICA EVSEBY


H T
C P


Eusebius
II. 4. d.








H P
C P


I N R I


INRI

CRONICA EVSEBY



H P

C P


H P
ALTIORA TE NE SCRVTATVS FVERIS SED QVAE PRAE
COGITA ECCLESIAST 3
C P
ECCE AGNVS
ECCE AGNVS


H P
ALCIORA TE NE SCRUTATUS FUERIS SED QVE PRECEPIT
DOMINUS COGITA ECCLESIAST 3
C P






ECCE AGNVS

SD 3427. III

# CHRONOGRAPHIA
## in duos libros diſtincta. Prior eſt de Rebus veteris Populi: Poſterior recentes hiſtorias, præſertímq; Eccleſiaſticas cõplectitur.



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, ad inſigne Serpentis, via S. Ioannis Lateranenſis.

1567.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

SD 3426 III

# SD 3427 III

CRONICA EVSE BY



BIBLJOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIV

Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimn. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

SD 3427 . III

# CHRONOGRAPHIA in duos libros diſtincta. Prior eſt de Rebus veteris Populi: Poſterior recentes hiſtorias, præſertímq; Eccleſiaſticas cõplectitur.



PARISIIS,
Apud Martinum Iuuenem, ad inſigne Serpentis, via S. Ioannis Lateranenſis.
1567.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ANTONIO PRATTEO ABBATI DE BON LIEV
G. Genebrardus Theologus Pariſienſis.

*DVM nonnullos & Noſtrorum & Hebræorum libros apud me, vt fit, legerem, deſignationem quandam annorum, quibus ante Domini in carnem aduentum, mundus conſtitit, in his chartæ anguſtijs recordationis cauſa pingere volui. Sciebam quidem plurimas plurimorum Chronographias in manibus ſingulorum quotidiè verſari, vt proinde multis videri poſſit mihi ab hac lucubratione fuiſſe omnino temperandum. Verùm, quoniam niſi me animus & lectio earum non infrequens fefellit, multa commemoraturus ſum, quorum apud ipſos nullum veſtigium conſpicitur, tantum abeſt, vt à ſcribendo me ſua diligentia deterruerint, vt multo magis ſim inflammatus. Quæ apud veteres hiſtoricos, qui in vtraque lingua clari habebãtur, repererũt, literis ingẽti fructu & nominis ſui gloria, fateor, tradidêre. Quid enim hiſtoria in hac vita nõ dico iucundius, ſed etiã vtilius exiſtimari poteſt, cùm illa nihil aliud ſit, quã vitæ optimè inſtituẽdæ, exemplíſque aut confirmandæ aut corrigendæ nitidiſsimum ſpeculum? Sed cùm partem non contemnendam, quæ peti debet ex ſolis reconditioris literaturæ ſcriptoribus, quorum linguæ ipſis parum notæ erant, nobis vtcunque exploratæ ſunt, præterierint, inter eos aliquid loci mihi relictum eſſe ſuſpicor. Nec inane mihi videor ſuſcipere ſtudium, quando hoc plurimùm ad lucem multis Scripturarum locis afferendam conducere nemo, qui eas legit, nõ intelligit. Quamuis autem exacta temporum ratio, numeriſque omnibus abſoluta, ſatis iniri nequit, vt conſtat è varietate calculorum, quos ſubiecimus, tamen dubitandum non eſt, fructum eo vberiorem colligi, quò propius ad veritatem ipſam acceditur. Certè dedi operam, vt minimùm à verbis & ſenſis Scripturæ diſcederem, vt monſtrant teſtimonia, quæ partim ob eam rem, partim vt indicem, quo loco plenior hiſtoria contineatur, inter duas columellas affero. Iſtúdne ſim aſſecutus, tum demum cognoſcam, humaniſsime vir, vbi tuo tuorumque ſimilium iudicio tota res tranſacta fuerit. Vale, E noſtro muſæo Pariſienſi, Martio menſe anni à ab orbe redempto 1567.*

1480012

SD 3427 IIII

# TEMPORVM AD CHRISTVM VSQVE BREVIS DESCRIPTIO, QVATENVS SCRIPTVRIS SACRIS, AVT receptis Hebræorũ veterum Annalibus confirmari poteſt, cum multiplici Hebræorum, Græcorum, & Latinorum Theologorum enumeratione atque cauſis, cur hi inter ſe diſſentiant.

GILB. GENEBRARDO THEOLOGO PARISIENSI AVCTORE.

## SEX AETATVM FORMVLAE.

1 *AB orbe cõdito vſq; ad eluuionem ſunt anni 1656. dies 6.*

2 *Ab eluuione ad ortũ Abrahami anni 293. dies 10.*

3 *Ab Abrahami ortu, ad egreßionem Iſraelitarum ex AEgypto anni 720.*

4 *Ab egreſſu Iſraelitarum ad vſque iacta templi fundamenta, anni 480.*

5 *A fundamẽtis templi ad captiuitatem Babylonicam anni ſunt 419. menſes 6.*

6 *A Babylonica captiuitate ad chriſtũ, anni 553.*

Summa, an. 4121. menſ. 6. dies 16. Quod membratim ſic demonſtrari poteſt.

## PRIMA AETAS.

Gen. 1. Deus è nihilo, id eſt, nulla antegrediẽte materia cœlũ & quatuor elemẽta: deinde ex his reliqua quæ ſub ſẽſum cadũt, procreauit, diebus 6.

Ad extremum diei ſexti, quod erat initiũ diei ſeptimi, Adam è limo fingit, eique è nihilo mentem infundit.

a Adam genuit Seth ætatis ſuæ anno 130.

Seth gen. Enos an. 105.

*Anni mũdi.*

235

MVNDVM ſex mille annis duraturum non eſt Eliæ Teſbitis Prophetæ vaticinatio, ſed cuiuſdam Eliæ Rabbini Iudæorũ Cabbalici commẽtũ, in Talmud, tractatu Sanedrin, cap. Helec: & in tractatu de Idololatria, cap. Libne: & in tractatu de Sabbato. Cuius coniecturas affert Rabbi Iſaac in primum caput Geneſeos. Præcipuæ ſunt hæ: Primus verſus Geneſis, qui continet ſummam operũ Domini, ſexies literam א. exprimit: Aleph autẽ mille ſignificat. Deinde Deus ſex diebus abſoluit mundum, ſeptimo quieuit, ac ſabbatum cõſecrauit. Iam mille anni ſunt, apud Deum ſicut dies heſterna, quæ præteriit. Poſtremò ſex primi parentes, Adam, Seth, Enos, Caïnan, Malaleel, Iared mortui ſunt, Septimus Enoch viuus in cœlum tranſlatus eſt. Poſt igitur millenarios ſex, quibus labor & mors viguerit, ſeptimus initiũ erit quietæ & immortalis vitæ. Hæccine quæ coniecturis frigidis nituntur, poſſunt videri prophetica? Quæ annotare libuit contra inſulſam & ſuperſtitioſam eorum opinionem, qui quaſi in numerato habeant ſæculorum fines, occinentes dictum Eliæ: nobis breui extremũ diem minitantur, cùm ne Angelis quidem ille pateat. Vide clariſſima Chriſti verba Mar. 13. quæ, vt nõ ſimpliciter inficiãtur aliqua poſſe eſſe argumenta, quibus mundi impendens ruina declaretur (nam nonnulla Scripturæ protulerunt) ita docent non eſſe ſtudioſius inquirendum in dies, horas & momenta, quæ Deus poſuit in ſua poteſtate.

Hebræi à Nouilunio Septembris annum ordiuntur, exiſtimantque eo menſe orbem fuiſſe conditum, ſequuti ſententiam R. Eleazaris, qui id contra R. Ioſuam defendit. Vnde & feſtum Tubarum, quod primo die Septembris celebrabatur, vocant caput ſeu principium anni. Nec niſi ratione atque ordine feſtorum Niſan (qui fere Martio noſtro reſpondet) primum mẽſium Exod. 12. dici interpretantur. Quò fit vt in cæteris negotiis, ſiue priuatis, ſiue publicis à Tizri. i. Septembri numerent. Quos etiam in Eccleſiaſticis ſequũtur hodie Græci, vt conſtat ex ipſorũ ὡρολογίω & μηνολογίω Mytilenẽſium. Tamen noſtrorum communior opinio eſt, Martium mundo dediſſe principiũ: quo mẽſe Chriſtus de cruce pepẽdit: ad quẽ etiã annorũ ſupputationẽ in hac Chronologia dirigim⁹, propter Danielẽ, qui ſuas Hebdomadas deduxit ad Chriſti perpeſſionẽ. Adde me imitari noſtras Eccleſias Gallicas, quæ ductæ iudicio & conſuetudine D. Hieronymi, Sophronii, & Iſidóri, annos hinc deinceps ſupputarunt. Nec eſt mirum hanc diuerſitatem inter noſtros reperiri, cùm etiã R. Abraham ſcribat in 7. caput Danielis, ſuorũ quoſdam annum incipere à Tizri, quòd is ſit principium orbis conditi: alios à Niſan, quòd eo Patres egreſſi ſint ex AEgypto.

a Abel alendorum pecorum artem primus inuenit, in vſum lanarum & pellium. Nondum enim eſus carnium ante diluuium receptus fuit. Geneſ. 9.

Cain agros colere,ſerere,& metere docuit, excogitauitque cum filio ſuo Enoch artem ædificandarum ædium.

Enoch vrbiũ prima, hanc in Libano fuiſſe ſcribunt.

Bigamia ab vxorio Lamech introducta. Venationis exemplum poſteris reliquit. Rabbini in quartum Geneſeos.

Iabel artem paſtoritiam nece Abelis intermortuam reſtituit,cui adiecit vſum habitandi in tabernaculis, eáque circumducendi, vt gregem paſceret, Nomadum author.

Iubal Muſices & inſtrumentorum eius inuentor: Iubilandi vocabulum inde in aliquot linguas fluxit.

Tubal-cain artem fabrilem adinuenit,non Vulcanus,primúſque metalla effodit.

b Tempore Enos cœpit Idololatria, fictitiorúmq; Deorũ cultus. Hic ſolus in ſua familia veram & auitam religionem tenuit. In hãc ſententiam extrema verba capitis 4. Geneſ. Hebræorum doctores accipiunt in Geneſi magna.

c Enoch ambulat cũ Deo, ac de eius vẽturo iudicio vaticinatur, Tranſlatus eſt ne videret mortem.Gen. 5. Hebr. 11. Omnium primus videtur libris ſiue literis aliquid mandaſſe. Iudas Apoſt.

d Adam moritur annos natus 930. Sepultus eſt (vt conſtans eſt Hebræorum traditio) in terra Iſrael, vbi & fuerat procreatus, vbi etiam hæc ætas traducta eſt, hominibus nondum diſperſis. Rabbi Iſaac in Geneſim.

Ex nefando concubitu poſterorum Seth & Enos, in quorum familiis colebatur Deus, & poſterorum Cain, qui idolis dudum ſeruiebant, propagantur Gigantes homines immanis magnitudinis. Ex iſtiuſmodi diſparium cultu coniunctione,agnitio Dei prorſus in aliis extincta eſt,quàm in Noë,tribus filiis, & quatuor eorum coniugibus, vt Deus indignatus eluuione reliquum hominum genus deleuerit.

e Noë reparatorem orbis, prophani mundi Geneſim ignorantes, Cœlum,Ianum & patrem Deorum appellarunt. Hic primus vitem ſylueſcentem ſatiuam fecit, vinique vſum hominibus monſtrauit, Geneſeos 9. Ab hoc inuento Ianus fortaſſe dictus eſt: Nam Iain Hebræis vinũ eſt. Artes Mechanicas quas poſteri Cain repererant, homines docet.Mathematicas ab Adamo Seth præcedẽtibúſq; Patriarchis inuentas,duabus ingentibus columnis(quarũ vna lateritia erat,ne conflagratione periret: altera marmorea,ne diluuio abſumeretur) imprimit atque conſignat. Ioſephus primo Antiquitatũ. Inſtrumentum & vſum nauigandi,præceptore Deo,hominibus mõſtrauit: Nam τιβά, qua voce eius arcam nominauit Moſes, non eſt propriè Aron.i.arca,ſed vas nauigationi aptum. Quo factum,vt poſteri duce Iaphet,mari ſe audacter commiſerint, repleuerintq; Occidentis inſulas.

Zoroaſtres Cham,vt fama eſt,Magiam introducit.

Doctores Hebræi, vt ſcribit Rab. Leui in 9. cap. Geneſ.tradunt Cham execuiſſe teſticulos patri, ne deinceps liberos procrearet. Quid ſimile Poëtæ noſtri de Cœlo & Saturno fabulantur.

f Nimrod nepos Cham, primus affectato imperio regni formam in Chaldæa inſtituit. Babylon eius erat regia. Primus etiam poſt diluuium venatoriam exercuit.

Apud Aſſyrios paulo poſt nouum regnum exortum per Aſſur filium Sem.Regni metropolis Niniue,Geneſeos decimo.

Magna probabilitate Hebræorum plæriq; docent Iaphet primo loco à Noë fuiſſe genitum,500. ſcilicet patris anno:Cham,ſecundo 501. Sem autem omnium poſtremo, cùm pater perueniſſet ad 502. vel 503. Sed eius nihil intereſt ad noſtræ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſeriem.

Corruptè apud 70. interpretes Arphaxad dicitur genuiſſe Cainan, & Cainan Sale. Nam nullum exemplar Hebraicum hoc loco huius mentionem facit. Quin etiã vetuſtiſſimi Hebræi nominatim notant à Noë ad Abraham tantùm decem eſſe generationes,quot erant ab Adam ad Noë. B.quidem Lucas 3. cap. vndecim numerat, ac Cainan infert in hunc ordinem, ſed id Grę corũ,ad quos ſcribebat,&quibus ſola exemplaria 70. nota erant, cauſa.Cæterùm quia Arphaxad vixit 438. peruenit ad Abrahæ 146. annum. Hac methodo,quinam,quibúſcum, & quandiu vixerint,facilè deduces.

*Anni mũdi.*

b Enos genuit Cainan ætatis ſuæ anno 90. 325

Cainã genuit Malaleel anno 70. 395

Gene. 5. Malaleel genuit Iared anno 65. 460

Iared genuit Enoch anno 162. 622

c Enoch genuit Mathuſalem anno 65. 687

d Mathuſalem genuit Lamech anno 187. 874

Lamech genuit Noe anno 182. 1056

e Noe in diluuio natus erat annos 600. 1656

*Summa, anni 1656. dies 6.*

## SECVNDA AETAS.

Gene. 8. 11 Diluuium durauit anno vno,diebus 10. 1657

Sem filius Noë genuit Arphaxad ab eluuione anno 2. 1659

Arphaxad genuit Sale ætatis ſuæ anno 35. 1694

Sale genuit Heber anno 30. 1724

f Heber genuit Phalegh anno 34. 1758

Phalegh

| | | *Anni mūdi.* |
|---|---|---|
| g | Phalegh genuit Rehú ætatis ſuæ anno 30. | 1788 |
| | Rehú genuit Saruch anno 32. | 1820 |
| | Saruch genuit Nahor anno 30. | 1850 |
| | Nahor genuit Thare anno 29. | 1879 |
| | Thare genuit Abram anno 70. | 1949 |
| | *Summa, anni 293. dies decem.* | |

## TERTIA AETAS.

| | | |
|---|---|---|
| h Gene. 7. & 21. | Abrahã genuit Iſaac anno ætatis ſuæ 100. | 2049 |
| Gene. 25. | Iſaac genuit Iacob anno 60. | 2109 |
| i Gen. 27. | Iacob deſcẽdit in AEgyptum natus an. 130. | 2239 |
| Exod. 12. Galat. 3. | k Iacobæi mãſerũt in AEgypto annis 430. | 2669 |
| | *Summa, ann. 720.* | |

## QVARTA AETAS.

| | | |
|---|---|---|
| Deut. 1. & 29. | Moſes populi ex AEgypto educti Remp. in deſerto adminiſtrauit annis 40. | 2709 |

g Phalegh à diuiſione nomen habuit, patre eius afflato numine quodam prophetico. Eius enim ſæculo terra diuidenda erat inter filios Noë. Ex quibus Sem, qui & Melchiſedech ſacerdos Dei viui, cum ſuis Orientalem Syriæ partem obtinet. Cham Zoroaſtres Iudæam, Arabiam, AEgyptum, AEthiopiam, totam denique per ordinem ſucceſſionis Aphricam. Iaphet, ſiue Iapetus, Europam noſtram & littoralem Aſiæ partem. Nomina poſterorum eorum Hebraica id clarè indicant Geneſ. 10. & 1. Paralip. 1. Ne Græci glorientur ſe terris impoſuiſſe nomina.

Turris Babel ædificatur: quæ fabulæ de Gigantibus cum Ioue bellantibus materiam præbuit. Ex vna lingua Hebræa, multæ, nẽpe 72. vt Hebræis placet, factæ ſunt: quod colligunt è capitibus familiarum, quæ tot recenſentur Geneſ. 10.

Hebraica, quæ antea communis erat, apud Hebrum (à quo linguæ & populi nomen) remanſit incorrupta, quòd neque conſiliis, neque operis eorum quibus turrim in cœlum erigere placebat, interfuiſſet. Qui turrim ædificauerunt, appellati ſunt Meropes, ob diuiſam vocem.

Aiunt autem hanc confuſionem linguarum extitiſſe 48. ætatis Abrahæ, 10. ante obitum Noë. Vnde incertum annóne 101. poſt diluuium huiuſmodi confuſio acciderit, quod tamen nonnullis placet. Si enim vera eſt Hebræorum hiſtoria, illam oportet factã poſt annum à diluuio trecenteſimum: quod eſt vero propius. Oportuit enim prius iuſto aliquo tempore multiplicari ſtirpes, quàm in tam varias orbis partes diſpergi.

h Noë moritur anno ætatis ſuæ 950. Tum natus Abraham, natus erat an. 58.

Duodecim annis poſt mortem eius, iubet Deus Abrahamũ egredi è patria ſua in Chananæorum terram. Et ſanè in certa familia Sem, ex qua deſcendit Abraham, veri Dei cultus vtcunque permãſerat. Vtcunque dixi, quoniam ipſi etiam incipiebant ſeſe dedere, & receptam Idolomaniam complecti, vt docet Ioſue 24. cap. vbi & Abraham inter Idololatras numerat.

Abraham natus annos 70. proficiſcitur ab Vr Chaldæorum, Geneſ. 7. Deſcendens in AEgyptum, Mathematicas ſacerdotibus tradit, vt ſcribit Ioſephus. Quod videtur Cicero confirmare, cum. 1. de Diuinatione Chaldæos recenſet primos inuentores Aſtrologiæ. AEgyptii autem illas ita excoluerunt, vt putẽtur inuentores Geometriæ, vt & Phœnices Arithmeticæ: cuius tamen lineas ab eodem Patriarcha, cùm in Paleſtinam profectus eſt, acceperant.

i Iacob omniũ primus votũ nũcupauit Deo. R. Abahu in Talmud. Ac certè de illo primùm legitur, Votum etiam vouit Deo dicens. Geneſ. 28. Sem peruenit ad 50. vſque annum ætatis Iacob, ac omnium diutiſſimè poſt diluuium vixit. Heber etiam attigit ſeptuageſimum Iacob.

Anan primus equum & aſinam commiſcuit, vnde mulorum origo. Genſ. 36.

Ioſeph ſomniorum intelligentiam adinuenit. Iuſtin. hiſto. lib. 36.

Sacerdotes AEgyptii de Prytaneo ſiue horreo regis alebantur Geneſ. 47.

Iacobæi inſanas illas Pyramidum & vanitatis AEgyptiacæ ſubſtructiones, quæ in ſeptem mundi miraculsi collocantur, cogente Pharaone fabricant.

k Hic reiicitur commentum Rabbinorum, qui præter diſerta Exodi verba ſcribunt ſuos tantum manſiſſe in AEgypto 210. annis. Vide Rab. Leui Ben Gerſom in 15. Geneſeos. Qui tamen hodie temporum rationem è Bibliis ſubducere ſe aiunt, iſtorum traditionem ſequuntur, vt non mirum ſit illorum ſupputationem eſſe plenam cõtrouerſiarum, nec conciliare caput ſeptimum Actorum, & multa alia loca cum veteri Teſtamento.

Iſtis impoſuit quod Paulus ad Galatas 3. videtur ſcribere 430. annis poſt promiſſionem factam Abrahæ de ſuſcipiẽdo ſemine, qui eſt Chriſtus, datam eſſe legem Moſis. Atqui Paulus nos ſuis verbis tantùm remittit ad ſcripturam Exodi, aitque ſe non de quolibet Teſtamẽto ſiue pacto cum Abrahã percuſſo, ſed de illo demum loqui, quod ſcribitur eſſe *lex facta poſt* 430. *annos*. Non vtique à promiſſione (nam repugnat locus Exod. 12. ad quem alludit) ſed à deſcenſu Iſraelitarum in AEgyptum. illic enim *Poſt*, non retulit

ad promiſſionem,ſed ad legem factam eo tempore,quod Moſes deſignauerat.Alioqui, vt hoc addã,falſum eſſet oraculum Geneſ.18. quod ſine figuris prædixit,Semen Abrahæ 400.totis annis ſeruiturũ in AEgypto, ac deinde eripiendum. In eo fui prolixior, quòd B.Hieronymus ſe neſcire profeſſus ſit,quo pacto his tribus Scripturis ſatisfaciendum eſſet.

Iob his Patriarcharum temporibus vixit, fuit ex poſteris Nahor. Diuus Hieronymus & Rab. Selomo.Moſes huius hiſtoriam ex Abrabico conuertit,Hebræi.

Ipſo anno egreſſionis,menſe ſecundo data eſt lex Iſraëlitis: menſe autem tertio, decalogus. Anno ſecundo iterum data eſt lex die expiationum.

Aaron creatus eſt Pontifex. Ab illo ad Dinaſum qui belli tempore per diſcordiam Pontifex ordinatus eſt, numero omnes 83.fuêre.Sub tabernaculo 13.Sub templo Salomonico 18. Reliqui ſtante templo ſecundo: qui plurimi ſunt, quoniam non vt ante, mortuis, ſed viuis viui ſubrogabantur.Egeſippus lib.2.cap.13.

Moſes Pentateuchum, Ioſué commentarium rerum ſuarum, & extremum caput Deuteron.ſcribit.

l 40. anni his tribus ducibus tantùm elapſi ſunt. Nam illud Iudic.3.Quieuitque terra 40.annis,& mortuus eſt Othoniel,hunc habet ſenſum:Terra quam armis ceperãt Ioſué & Iudæi, manſit quadraginta totis annis penes Iſraelitas,nemine veterum colonorũ ſedes illas bello repetenre. Tumque mortuus eſt Othoniel. Et ita expone quæ in hæc verba per totum librum Iudicum repetuntur: etiam ſi prima fronte interregna multa indicare videantur.Habes enim ſimilem locutionem vlt.cap.2.Paral. Celebrauit ſeu cõpleuit terra Sabbata ſua,vel quietes ſuas.i. in illo ſtatu manſit quouſque complerentur 70. anni prædicti ab Hieremia. Id intelligitur ex ſexto cap.tertii Regum,vbi omnino anni huius quartæ ætatis numerantur 480.

Ioſué Chananços partim interfecit,partim terra ſancta depulit.Horum reliquiæ traduntur migraſſe in Germaniam, Sclauoniam, & regiones vicinas. in Seder Olam. Et certè illa ætate totum Occidentem fuiſſe vacuum,paulatim verò in eius regiones veniſſe Orientales populos, apparet è crebris in Europam populorum infuſionibus, quarum meminere hiſtorici.

Etenim ante tres mille annos tota ferè Europa vacua erat, vt qui primi eam inhabitare cœperint, appellati ſint Aborigines,locis maritimis primùm omnium habitatis,cultiſque, vt Italia, Dalmatia, Gallia Narbonenſi,quòd illuc primus & facilior propter mare eſſet tranſitus.

Raab nupſit Ioſué.Rab Moſeprecept. neg. 112. & Salmoni. Mat. 1.Cùm exploratores recepit,erat meretrix,vt noſtris placet: vt Hebræis,cauponaria:nam zonà vtramque ſignificat. Ioſue 2.

Iudices hi vſque ad Samuelem dicti ſunt, quòd penes eos auctoritas eſſet dicendi ius, & adminiſtrandi Rempublicam. Diademate aut ſceptro, vt Reges non vtebantur: hæreditarii non erant, ſed partim auctoritate prudentum hominum creabantur,partim à Deo excitabantur vocatione peculiari. Eorum poteſtas non erat regia ſiue arbitraria, ſed politica: nempe populum regebant iuxta ipſius leges & inſtituta,vt qui Dux appellatur apud Venetos.

Hiſtoria Michæ, conſtupratio vxoris Leuitæ, & cædes vniuerſæ ferè tribus Beniamin euenere diebus Othonielis, vt auctori Seder Olam placet: vt Ioſepho, paulò ante Othonielem. Ita quinque vltima capita libri Iudicum, ſecundum caput proximè præcedere, aut mox ſequi debuerunt. Nam certè inter Samſonem & Heli nullum fuiſſe videtur interuallum.

Phinees ea tempeſtate adhuc erat in viuîs. Itaque qui illa inter Samſonem & Heli contigiſſe volunt, ſentiunt Phineem annis amplius trecentis vixiſſe, vt R.Moſe AEgyptius in ſuo Miſna.

In caſtris Beniaminitarum ſeptingenti reperti ſunt ambidextri, & ita lapidem iaculãtes, vt capillum poſſent percutere,reliquis intactis. Iud.20.

m Aiod Eglonem regem Moab,qui graui ſeruitute populum Dei premebat,ſica in femur defixa interemit. factus eſt populi iudex & dux.

Samgar pugnans pro Iſraële ſexcentos homines cædit ſtimulo boum,ſeu vomere.

n Hiſtoria Ruth contigit huius temporibus, vt Hebræi tradunt. Quinetiam hunc Abeſan aiunt eſſe Booz, cui nupſit Ruth.Ioſepho tamen Ruth vixit temporibus Heli.

o Tempora Heroica incurrunt in hoc ſeculum Samſonis, Heli,& Samuelis, ante quæ apud Græcos nihil certi extat,cùm tamen hæc in hiſtoria Hebraica admodum recentia ſint.

Bellum Thebanum.

Bellum Troianum

p Samuel ſcribit librum Ruth,& maximam partem libri primi Regum,quem eius nomine alius ad regnũ vſque Salomonis perduxit. Heb.

Dauid metu Saulis duodecies ſedes mutat, à 21. cap. lib.1. Reg.

| | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| *Iudi.* 3. 1 | Ioſué,Iudas, & Othoniel annis 40. | 2749 |
| m | Aiod ambidexter cũ interregno annis 80. | 2829 |
| | Debora & Barac ann. 40. | 2869 |
| | Gedeon annis 40. | 2909 |
| 9 | Abimelech eius filius annis 3. | 2912 |
| 10 | Thola annis 23. | 2935 |
| 10 | Iair annis 22. | 2957 |
| 10 | Inde nullum ducem habuerunt vſque ad Iephten,annis 18. | 2975 |
| 12 | Iephte,annis 6. | 2981 |
| 12 n | Abeſan,annis 7. | 2988 |
| 12 | Ahialon, annis 10. | 2998 |
| 12 | Abdon,annis 8. | 3006 |
| 16 o | Samſon,annis 20. | 3026 |
| 1.Re. 1. | Heli iudex, idemque ſacerdos,annis 40. | 3066 |
| p | Samuel & Saul regnarunt annis 40. | 3106 |

Nathan

| | | | Anni mūdi |
|---|---|---|---|
| p | Dauid imperauit annis | 40. | 3106 |
| | Salomon templum ædificare cœpit regni ſui anno | 4. | 3149 |

*Summa, ann. 480. & totidē ab egreßione Iſraelitarum ex AEgypto, ad quartum annum Salomonis, numerat liber tertius Reg. cap. 6.*

Nathan vates prædicit Chriſtum venturum qui Eccleſiam ædificaret, 2. Reg. 7.
Dauidem adulterii arguit, Salomoni regnum procurat. 3. Regum 1.
Abiathar pontifex. 1. Reg. 22.

Gad propheta monet Dauidem vt fugiat in Hareth. 1. Reg. 22. eique nuntiat Deum iratum, quòd populum numeraſſet. 2. Reg. 24.

Aſaph cum fratribus, nobilis Muſica & ſacra eruditione. 1. Par. 6.

q Iohanan, primus fuit templi quod Salomō ædificauit pontifex. Anteà illis in locis ſacrificare fas fuit, vbi arca vel tabernaculum à Moſe fabricatum conſtiterat. Ionathan & Iddo prophetæ.

Ahias Sylonites Propheta miſſus à Deo, tradit decem tribus Ieroboā, prædicit mortē filii eius, & totius regni exitiū. 3. Reg. 11. & 14.

Homerus centum plus minus, annis poſt bellum Troianum, ſexcentis ante Ariſtotelem.

r Regnum bifariam per ſeditionem diuiditur: huius maiori parti in Samaria præficitur Hieroboam. Achimas Pontifex.

Semeias vir Dei dehortatur Roboam ne bellet contra decem tribus, quæ à ſe defecerant. 3. Reg. 12.

Ioam prænunciat Ioſiam Regem trecētis pòſt annis naſciturum, qui Idololatriam deſtruat: cúmque reuerteretur ab increpando Ieroboam impiæ religionis, in via à leone occiſus eſt, quòd cuidam ſe ad cibum vocanti inconſulto Deo paruiſſet, ſed tamen leo aſſidens illæſum corpus ſeruauit, dum in funus efferretur. 3. Reg. 13. Sub Abia Azarias pontifex.

## QVINTA AETAS

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3.Reg.11. | q Salomon regnauit adhuc annis | 36. | 3185 |
| 2.Par.12. 13. | r Roboam | 17. | 3202 |
| 3.Reg.15. | Abia annis | 3. | 3205 |
| 3.Reg.12. | ſ Aſa annis | 41. | 3246 |
| 4.Reg.8. | t Ioſaphat annis | 25. | 3271 |
| Ibidem. | v Ioram annis | 8. | 3279 |
| | Ochozias annis | 1. | 3280 |
| 4.Re.11. | Athalia Regina, Achab ſoror | 7. | 3287 |

ſ Abimelech pontifex max. 3. Reg. 15. Anani prophetat bella in Aſam exoritura, quòd hominibus, non Deo fidiſſet, vnde & in neruum coniicitur. 2. Para. 16. Hanani videns.

Iehu filius Hanani vaticinatur contra Baaſa regem Iſrael, à quo & occiditur. 3. Reg. 16. Azarias prædicit regnū Iſrael futurum abſq; Deo vero, ſacerdote, doctore & Rege. 2. Paralip. 15.

t Elias vir piloſus, zona pellicea incinctus, magno zelo religionem tuetur. 3. Reg. Iam trāſlatus in cœlum. 4. Reg. 2. ante decimum octauum regni Ioſaphat. 4. Reg. 3. miſit cœlitus literas ad Ioram Regem Iuda, filium Ioſaphat, in quibus fata eius explicabat. 2. Par. 21. Ioaz ſummus ſacerdos.

Michæas Iemla prædicit populum diſpergendū, & Achab regem Iſrael occidendum. 400. Pſeudoprophetæ. 2. Paral. 18. quorum princeps Sedechias & Eliezer. 3. Reg. 22.

Abdias vaticinatur in Idumæos, Eccleſiæque ædificationem & propagationem libello vnico prædicit. Prophetas paſcit in ſpecubus. Nam Hebræi veteres hunc eundem eſſe tradunt.

Iahaziel & Eliezer vaticinatiōis munere fūgūtur apud Ioſaphat.
Heſiodus. Lycurgus Lacedæmoniorum legiſlator.

Ioſaphat legiſdoctores & magiſtratus probos vbique conſtituit.

v Vt Ochozias plures vno anno regnauerit, ſiue ſolus, ſiue aliter, non eſt probabile, ne ſint à Roboam ad ſextum Ezechiæ, quo euerſum eſt imperium decem tribuum. 281. anni. Sic enim ſucceſſio Regum Iſrael quæ continuata ſerie, ſucceſſioni Regum Iuda reſpondet, in lib. Reg. & Paralip. 40. annis ab altera ſuperaretur. Nam à primo Ieroboam, vſque ad vltimum Oſeæ, qui regnum illud amiſit, anni tantum ſunt 241. Nec alleganda ſunt interregna, cùm eorum veſtigium nullum extet in Scriptura: in qua è contrario, qui quibus perpetuo ordine ſucceſſerint, apertè traditum eſt. Hinc adducor vt credam cum veteribus Hebræis, quos ſequuntur R. Selomo, & R. Leui, errare eos, à quibus Ochozias 21. an. id eſt, 20. cū patre, & vno ſol⁹ regnaſſe fertur, ex eo quod. 2. Paral. 22. quadraginta duos annos, & 4. Regum 8. viginti duos tantùm natus, regni clauum ſuſcepiſſe proditur. Nam vtroque loco Ioram tantùm 8. ann. & Ochoziæ vnus aſſignantur. Qui igitur, inquies, potuit Ochozias quadrageſimo 2. ætatis inire regnum, cum pater mortuus ſit quadrageſimo? Num filius antiquior erat patre? Audi R. Leui. Sane, inquit, anni 42. qui recenſentur in libris Paralip. non ſunt accipiendi ab ortu Ochoziæ, ſed à tempore quo viguit regnum Amri, quòd Ochoziæ, quia erat de eius ſemine, (ex parte matris) contigerit, vt occideretur cum Ioram rege Iſrael. Id apparet ex eo quod poſt 31. annum Aſæ, regnauit Amri ann. 6. in vniuerſum Iſrael (4. Reg. 16.) & Achab filius eius 22. & Ochozias (alter) duobus. Ioram autem Rex quoque Iſrael erat in anno regni ſui duodecimo. Vides 42. annis regnum Iſrael ſtetiſſe penes familiam Amri. Hæc ille.

Ionadab filius Rechab clarus Propheta. 4. Reg. 10.

Sub Ioram Ioarib ſummus pontifex. Sub Ochozia Ioſaphat. in Seder olam.

Eliſæus miris & inuſitatis operibus inſignis 4. Regum. 12. Ad eius oſſium contactum ſuſcitatur mortuus. 4. Regum. 13.

| | | |
|---|---|---|
| Ioas annis | 40 | 3327 |
| Amazias annis | 29 | 3356 |

Ioiada pontifex. Zacharias eius filius, qui in ipſo templo occiditur. Huius ſanguis vſque ad aduentum Nagbudonozoris, inſtar ollæ bullientis, quaſi vltionem poſcens, ferbuiſſe traditur. Phadaia Pontifex.

x Sedechias Pontifex. Ionas vaticinatur in Ieroboam filium Ioas

Regem Iſrael,concionatur in Niniuitas,vt ex eius libro conſtat.

Sub hæc tempora cœpit regnum Macedonum per Carranum.

y Initiũ Olympiadum. Olympias SPATIVM.4.annorum,quod labebatur inter duos ludos Olympicos. Lycophronis interpres, quinquaginta menſes (lunares) fuiſſe ait.

*Anni mũdi.*

15 y Ozias qui & Azarias annis 52. 3408

Tempore Oziæ Amulius apud Latinos, Agameſtor vndecimus apud Athenienſes regnabant.Hieronym.epiſtola 3.ad Damaſum.

Ioël(non propheta,ſed alter)ſummum Pontificatum gerebat.

Oſeas & Amos vaticinantur in decem tribus, obiter etiam,in duas tribus,id eſt, regnum Iuda.

Eſaias de Chriſto eiuſque rebus geſtis, de vocatione gentium, reliquiſque myſteriis ita ſcribit,vt potius Euangeliſta, quàm vates videatur,inſerens multas vaticinationes de plurimis regnis & gentibus.

15 z Ioathan annis 16. 3424

Illum Hebræi commemorant ortum regio ſanguine, ac non tantum habuiſſe patruum Amaziam Regem, ſed & ſocerum fuiſſe Regis Manaſsis,à quo ſectus miſerè dicitur. Tam clarus vates fuit, vt etiam Cyrum Regem Perſarum nominarit ducẽtis annis priuſquam naſceretur,& eius geſta deſcripſerit. Eſ. 45. & Vriam Sacerdotem centum antè annis, Eſ. 8.

16 a Achaz ann. 16. 3440

Romulus & Remus Olympiadis 6. anno 3. Romam condunt. Hinc,vt Florus annotauit in 2.Epitome,ad 20.Auguſti, tempus fuit ſeptingentorum propè annorum. Quos à 24.Oziæ reperies.

z Michæas Moraſtites ex æquo ſtylum ſuum ſtringit in duas & decem tribus,vt titulus illius ſatis indicat. De Chriſto multa vaticinatur.

18 b Ezechias ann. 29. 3469

Numa Pompilius Romæ ſacra & ceremonias Moſaicis conſimiles iuſtituit, ſiue Iudæorum imitatione: quorum tum florens erat nomen & imperium: ſiue ſathanæ inſtinctu, qui Dei ſimius ſibi eadem apud gentes exhiberi exoptabat,quæ illic Deus. Et ſanè in illis inducendis dicebat ſe cum dea Aegeria congredi. Quamquam hunc cum dea congreſſum videatur commentus,vt ſuum inuentum populo adhuc rudi & Martio meliùs inſtillaret, atque religionis metu ſibi fidelius obſtringeret. Erat enim alioqui inſignis Deorum contemptor: & ceremonias, quas publicè colebat, priuatim libris ludificabatur: qui poſt quadringẽtos annos ex eius tumulo defoſſi iuſſu Senatus,ea de cauſa in foro concremati ſunt.Mirum autem cur Romani,cùm cunctarum Gentium Deos reciperent, nunquam tamen Deo Iudæorum,quibus,vti dixi,magna ceremoniarum affinitate congruebant,locum apud ſe dare voluerint. Nec mihi ſatisfacit ratio,quàm Cicero pro Flacco affert,Numen illud nimis abhorruiſſe à ſplendore imperii.Magis arridet quod Auguſtinus libro de conſenſu Euangiſtarum ſcribit non fuiſſe receptum, quia ipſe ſolus volebat coli,ac eius religio cæteras excludebat.Nam illo vno prætextu Senatus olim rogatus,Chriſtum inter Deos vrbis referre recuſauit, vt eſt apud Tertullianum.

a Obed propheta milites arguit crudelitatis.2.Paral.28.

Eſaias Chriſtum de Virgine: Michæas in Bethlehem naſciturum prædicunt.

b Ezechiæ ſexto anno vrbe Samariæ potitus eſt Rex Aſſyr.Salmanazar.Ita durauit hoc regnum annos ducẽtos quadraginta vnum,menſes ſeptem. Qui transmigrarunt,non leguntur rediiſſe,quamuis credibile ſit eorum multos ſolum patrium repetiuiſſe ſub Regibus Perſarum: è contrario,duæ tribus, quæ in exilium exigi cœpere poſt ann.113.ſub Ioachim(Dan.1)leguntur rediiſſe,& tamen earum plurimi in exilio hæſerunt. Quo factum,vt B.Iacobus epiſtolam ad 12.tribus diſperſas ſcriberet.

Tobias apud Niniuẽ captiuus,vt cõſtat ex eius libro,quẽ & Hebraicè vulgauit ante paucos annos Germania.

Angelus delet exercitum Sennacherib propter blaſphemiam. Ipſe autem in fano deorum ſuorum Niniuæ ſacrificans à filiis interficitur.

Regnat tandem filius Aſaraddon.(Pul cognomento Regum Aſſyriorum)id eſt,Sardanapalus,ſi veſtigiis literarum aliquid tribuendum ſit,4.Reg.19. Hunc Nabugdonozor exuit imperio, & ad incendium compulit. Nam Nabugdonozorem vel certè patrem eius Merodac fuiſſe, qui imperium Sardanapalo ademerit,ex eo perſpicuũ puto, quòd ſub illa tempora iſti imperium Orientis affectare cœperint. Quinimò R.Salomon è Talmudicis hiſtoriis in 3.caput Danielis narrat Nabugdonozorem vnũ eorum decem fuiſſe, qui ſoli cũ Sennacherib euaſere manum Angeli miſſi diuinitùs ad iſtius delendum exercitum. Quanquam potius id de patre Merodac crediderim,quia Nabugd.nimis fuiſſet ſenex temporibus Babylonicæ captiuitatis. Reges Aſſyriorum præcedentes è libris Regum & Paralip.ſurſum verſus ad priſca ſæcula,quibus eorum imperium floruit,facile perduces.

Romæ Tullus Hoſtilius annos 32.

c Oſaias & Sellum ſummi ſacerdotes.

21 Manaſſes an. 55. 3624

Ioël de duabus tribubus, earumque per Chriſtum reſtitutione. Nahum,in Niniuitas: Abacuc in Chaldæos ſcribunt. Hebræi in Seder olam.

21 Amon an. 2. 3626

Romæ Ancus Martius Rex.4.annos 38.

22 d Ioſias an. 31. 3557

d Sophonias,quòd iam decem tribus abductæ eſſent in Aſſyriam, de duabus reliquis Prophetiam texit.

23 Ioachas menſibus 3.

Rechabitæ mandato patris in perpetuũ vino abſtinent. Hier.35.

Helcias ſummus Pontifex.Vrias propheta Hier.26.quem Eſaias

nominarat

*Anni mūdi.*

23 e Ioakim Eliachim annis 11. 3568

nominarat multis añte annis.Eſa.8.

Olda prophetiſſa floret: ſcholas Hieroſolimitanas moderatur. 4.Reg.22.

Hieremias concionatur,Threnoſque edit in necem pii Regis Ioſiæ:inchoatum ſuũ prophetiæ librũ ſequentibus Regibus abſoluit.

Tarquinius Priſcus an.38. Baruch notarius Hieremiæ.

e Quoniam hiſtoria eorum temporum ſatis confuſè in Scripturis narrata eſt,& refert eam habere exploratam, propter Hieremiam & Prophetas,qui infra illius ætatem ſcripſerunt, hic hærere paucis lubet. Ioachim ſub finem anni tertii regni ſui ſe obſeſſum tradidit Nabugdonozori datis obſidibus,inter quos Daniel, Ananias,Azarias,Miſael,& parte vaſorum templi Domini. Dan.1.Tributarius autem in regno ſuo adhuc relinquitur,donec grauiſſimæ ſeruitutis onere depreſſus,ad AEgyptiorum regem diuertens, miſſo rurſus de Babylone exercitu comprehenſus & tractus priuſquam ad vrbem veniret,in campo Babylonis vndecimo regni,interficitur 4.Reg.24.quod Hieremias prædixerat 22. cap. Ita Ioachim bis fuit captus.

Interim autem dum hæc agerētur,in eius locum,Ioachim filius qui & Iechonias,à populo Rex conſtituitur, ſed regni menſe tertio, vbi reuerſus Chaldæorum exercitus, vrbem obſediſſet, monente Hieremia, ne ciuitas cremaretur,cum matre ſe dedidit. Vnde cum vniuerſa proſapia Babylonem ductus,initium præbuit captiuitati ſeu transmigrationi Babylonicæ, quam 70.annos duraturam Hieremias præmonuerat. Hier.25. Quanquam illam Hebræi ordiuntur ab vndecimo Sedechiæ,vt videre eſt apud Abben Ezram in.1.& 9.cap.Danielis.

Cæterũ pro Iechonia in regnũ à Chaldæo ſuffectus patruus Sedechias Ioſiæ filius propter rebellionem,regni vndecimo poſt quinquennem obſidionem ſuperatur, & tam Hieruſalem quàm Templum ſolo æquatur, cunctis penè, qui è prima captiuitate ſupererant,in exilium deportatis. Ex quo perſpicuum eſt vrbem ter à Babyloniis captam,regnantibus videlicet per ordinem Ioachim,Iechonia,Sedechia.

Seruius Tullius Rom.44.

24 f Ioachin Ieconias menſibus tribus.

*Summa,anni 419. menſes 6. Atque hæc ætas eſt quinta. Nam cùm Ieconias Babylonem abduceretur, initium captiuitatis Babylonicæ factum eſt, vt liquet è Matthæi primo capite.*

REGES ISRAEL

Hac quinta ætate regnabat in Samaria poſt ſciſsũ Dauidis regnũ,

3.Reg. 14. g *Hieroboam* fili⁹ Nabat de tribu Ephraim, annis 22.

15 Nabad an. 2.

Ibidem. *Baſa* de tribu Iſacharis an. 24.

Ela ann. 2.

Ibidem. *Ambri* diebus ſeptem.

Ibidem. *Amri* an. 12.

Daniel anno 15. ætatis ductus eſt Babylonem. 3. anno Ioakim, qui poſtea octo annos regnum tenuit, à quibus ad finem captiuitatis anni fuerunt 70. Ita vixit 93.annos, antequam transferretur ad Medos, vbi tribus annis pòſt,decimi capitis viſionem habuit. Erat igitur admodũ ſenex,fortaſſe mortuus diebus Eſter,neque ad ædem poſteriorem cum aliis aſcendit.Abben Ezra in 1. Daniel.

Prædixit 12. capitibus futurum ſtatum Eccleſiæ à ſuo tempore ad extremum mundi, ac inter cætera docuit quinque regna ſeſe per ordinem conſecutura,quæ intra illud ſpatium populum Domini grauiter oppugnarēt, Babyloniorum, Perſarum,Græcorum,Romanorum, Gog, & Magog .i. Saracenorum & Turcarum,quos per obſcurum & ignobile cornu deſignauit. Conſolatur autem ſanctos in eo,quod dicit in medio iſtorum regnorum perſeueraturam Eccleſiam,Chriſtũque poſt 70. Hebdomadas reuelandum, regnaturũ in medio inimicorum ſuorum,imo vero vniuerſa illa imperia contriturum, & ſuis daturum regnum, quod in æternum frangendum non ſit: Nempe quoniam regnum Chriſtianorum deletis cæteris intercipietur à beata immortalitate.

Ananias,Azarias, Miſaël.Per hos apud Chaldæos & Perſas latè propagata eſt Dei religio.Abacuk alter.

Azarias pontifex.

f Ezechiel cum Iechonia Rege in Babyloniam captiuus abducitur,ibíque captiuis vaticinatur, librumque ſcribit tantis myſteriis & difficultatibus refertum, vt Hebræi non magis ad principii & finis ipſius, quàm ad trium primorum capitum Geneſeos & totius Cantici Canticorum Salomonis lectionem, iuuenes admittant.

Saraïas pontifex.

g Hic vt regnum ſuum, quod ſeditione poſt obitum Salomonis orta conſecutus fuerat,conſtitueret,prohibet populum ſuum adire Hieroſolymam, vbi erat legitima ſacerdotum ſucceſsio, & altare contra altare erigit, vituloſque duos, vnum in Bethel,alterum in Dan duobus regni ſui finibus religionis ergô collocat.

Quam regnandi rationem ſibi diſplicere ſatis oſtendit Deus é crebra ſceptri in alienam familiam tranſlatione,ſublatis de medio per coniurationem Regibus. Sceptrum enim nuſquam vltra quartum gradum tranſiit ad poſteros in aliqua familia, præterquam in Iehu,cuius ſtirps potita eſt rerum ad quintam vſque ſobolem.

Ad hanc ſtirpium mutationem deſignandam, tibi minuſculis literis capita familiarum notauimus. Etenim regni huius ſceptrum ab aliis in alios tranſlatum, donec à primo Hieroboam ad vltimum Oſeæ, in nonam familiam migraret, non quidem legitima vocatione, ſed proditionibus atque paricidiis, vno Amri patre Achab excepto, qui electione regno inauguratus eſt.

h Iezabel huius vxor feruēs idololatria prophetas Domini vbiq; pſequitur. Elias ſe ipſius conatibꝰ opponit. Sacerdotes Baal occidit.
i Iehu interficit vxorem, filios & fratres Achab, & ſacrificos omnes Baal, ex cuius templo latrinas fecit.
k Decem tribus, capta poſt biennii obſidionem Samaria, per Salmanazarem Aſſyriorum Regem, in mōtes Medorum abductæ ſunt, miſſis aliis in earum terram. Hæ Orienti & Septentrioni infuſæ, Iudæorum clauſorum fabulæ dedêre cauſam: qua de re extat Eldad Danius à nobis verſus.

Tarquinius Superbus Romæ. 25. Antequā paulò explerentur 70. anni captiuitatis, illic Reſpublica per Cōſules adminiſtrari cœpta.

Sybilla Cumana nouem libros de fatis Pop. Rom. Tarq. Superbo emendos obtulit, quorū tres in ſacrariū cōditi, Sybillini dicti ſunt. Gellius lib. 1. cap. 19. Hanc nonnulli cum Cumæa cōfundunt, quæ & ipſa quidē Italica, ſed tamē multo ātiquior. Fuit enim mater Euādri, cum qua congreſſus eſt AEneas. T. Liuius lib. 1.

Samaritanorum origo, quorum religionē ſemiiudæā, quàm planè Paganam malle ſe Deus immiſſis leonibus declarauit. 4. Reg. 17.
l Vertētibus 70. captiuitatis annis orare cœpit Daniel 9. ca. Deum pro reſtaurāda Hieroſolyma, & ab angelo accepit ab exitu verbi de reſtituēdis captiuis déq; reficiēda vrbe, vſq; ad Chriſti ducis necem interfluxuras hebdomadas *69*. Porrò exitus illius verbi factꝰ eſt āno primo Cyri. Illo enim captiui primùm dimiſſi ſunt, vt compleretur verbum q̄ dixerat Dominus ore Hieremiæ. 1. Ezræ 1. vide Hier. 29.
m Hebdomas vna continet annos 7. Leuit. 25. Neque enim Daniel loquitur de altero Hebdomadum genere, quod ſeptem diebus abſoluitur. Leuit. 23. Id conſtat è quarti Ezræ 7. cap. qui inquit CHRISTVM reuelandum eſſe, id eſt, naſciturum, poſt quadrigentos annos. His enim ſi addas 33. vitæ Chriſti, ex Hebdomadibus *69*. tātùm ſupererunt 50. Nēpe fuit Ezras Daniele his annis poſterior.

Hebdomas ſeptuageſima quæ confirmat nouum fœdus, cadit in Apoſtolos, qui in Iudæa per ſeptem annorum ſpatium antequam orbem ad Euangelizandum ſibi diuiderent, gratiam Chriſti Iudæis primùm obtulerūt, in Hebdomadis dimidio ſynodo publica. Act. 15. Moſis ſacrificia & ceremonias abrogantes, re Iudaica in deterius ad interitum vſque, qui à Romanis allatus eſt, deinceps abeunte: Chriſtiana autem latius quotidiè ſeſe diffundente. Quòd ſi ſynodus illa celebrata eſt ſub annum Chriſti 17. vt aliquibus placêre video, qui non animaduertunt ὕστερον πρότερον paſſim in Scripturis, nihil tamen perit de vera Septuageſimę intelligentia. Nam certum eſt non longè poſt Chriſtum Petro reuelatam fuiſſe per viſum Gētium vocationem, atque deinceps libertatem ab hoſtiis, atque adeò lege prædicatam. Act. 10.
* Hos ānos reperies ab octauo regni Nabugdonozoris, à quo incipiunt 70. anni captiuitatis, ad decimum octauum vſque Tyberii Cæſaris, qui eſt perpeſſionis Domini annus. Nam Monarchia Babylonica præterea manſit an. 70. Perſica 147. Ab Alexādro ad Cleopatram Antonii 276. atque hinc ad Tyberii decimum octauum 61. Summa 554. Nam quòd Macedonica à Chriſto tam retrò abfuerit, conſtat ex his M. Ciceronis in 2. de Diuinatione verbis. Demoſthenes abhinc annos propè trecentos fuit.

Aggæus & Zacharias adhortantur Iudæos, vt reſtaurent antiquū Reip. ſtatum, 1. Ezræ 5. Aggæus libro ſuo vrget templum, Zacharias vrbem magis.

Malachias Reip. mores conſtituit, fuitque præcedentibus paulò poſterior, prophetarúmque vltimus. A Thalmudicis putatur eſſe Ezras ſcriba, & ſanè eadem reprehēdit in ſua prophetia, quæ Ezras 9. & 10. capitibus ſui libri.
n Prophetis ſuccedit ſynagoga magna, cuius prīcipes Ezras, Neemias, Mardochæus, Zorobabel, Ioſue. Hi præfuerunt concilio, quod centum viginti homines, quorum alii nobiles, alii plebeii erant, de emendandis libris ſacris, eorūque conſtituendo canone iuxta præſcriptum Cabbalæ, inierūt, vbi & ſanxerunt Ioſuam ita fuiſſe edoctum à Moſe, à Ioſua Seniores, à Senioribus Prophetas. Concilii notarius ſiue ſcriba fuit Ezras, cui etiam interfuiſſe aut potius præfuiſſe tradunt Danielem, Ananiam, Azariam, Miſaelem, Aggæum, Zachariam, & Malachiā Elias præfat. 3. Maſoreth Hammaſoreth.

Mardochæus ſcribit hiſtoriam Eſther neptis ſuæ. Tū ſcribebat in Theſſalia Hippocrates. Seder Olam.

| | | *Anni mūdi.* |
|---|---|---|
| *Ibidē.* 22 | Achab an. 22. | |
| | h Ochoſias annis 2. | |
| | Ioram an. 12. | |
| 9 | i *Iehu* an. 28. | |
| 13 | Ioachas an. 17. | |
| *Ibidē.* | Ioas an. 16. | |
| 14 | Hieroboā filiꝰ Ioas 41. | |
| 15 | Zacharias menſ. *6.* | |
| *Ibidē.* | *Sellum* menſe vno vel dieb. 28. | |
| *Ibidē.* | *Menahem* Tarſenſis annis 10. | |
| *Ibidē.* | Phaceias Menahē ann. 2. | |
| *Ibidē.* | *Phaceias* Romeliæ an. 20. | |
| 17 | k *Oſee* filius Ela an. *9.* | |
| | *Sūma an.* 241. *mēſes 6. dies 7.* | |
| | SEXTA AETAS | |
| *Hier.* 25 | l Tempꝰ captiuitatis fuit annorum 70. | 3638 |
| *Dan.* 9. | m A 70. illo captiuitatis anno ad Chriſtū Hebdomades *69*. id eſt, anni 483. | 4121 |
| | * *Summa* 553. | |

*Ita ab orbe condito ad Chriſtum ſunt anni 4121. menſes 6. dies 16.*

n *Hac interim ſexta ætate per hos adminiſtrata eſt Reſpub. Iudaica.*

| | SACERDOTES. | n DVCES. |
|---|---|---|
| *Zach.* 3. | Ieſus filiꝰ Ioſedech. | Zorobabel. |
| | Ioachim. | Meſullam. |
| *Neh.* 3 | Eliaſib. | Hanania. |
| | Ioiada. | Berechia. |
| | Ioathan. | |
| *Neh.* 12. | Iaddus, qui occurrit Alexādro Magno | |

magno.
* Onias Priſcus. Haſadia.
Simon Priſcus. Eſaia.
2. Mach. 6. Eleazarus. Haſmoni.
Manaſſes.
Simon Iuſtus. Mathatia.
2. Mach. 4. & 15. o Onias.

*Sub his lapſi ſunt an. plus minus 280. Nam ab Alexandro ad Machab. fuerunt anni 180. vt Rabbi Ioſe annotauit.*

## *Sacerdotes ſimul ac Duces* p *Machabæi.*

| | | | Anni mũdi. |
|---|---|---|---|
| 1. Mach. 2.6. | Mathatia an. | 1. | 3929 |
| 1. Mach. 3.4.5.6.7.8.9. | Iudas Machabæus regnum ſuſcepit anno nono Epiphanis, quod adminiſtrauit annis | 4. | 3930 |
| 1. Mach. 9. ad 12. | Ionathan annis | 18. | 3934 |
| 1. Mach. 13. ad 16. | Simeon annis | 8. | 3952 |
| 1. Mach. 16. | q Ioannes Hyrcanus Simeonis filius an. | 31. | 3960 |
| | r Ariſtobulus an. | 1. | 3991 |
| | s Alexander crudelis an. | 27. | 3992 |
| | t Alexandra an. | 9. | 4019 |
| | v Hyrcanus. an. | 34. | 4028 |
| | x Herodes Aſcalonita an. | 37. | 4062 |

*Summa* 170.

HERODIS *Magni filij.*

- ARISTOBVLVS. *cuius filij tres, Agrippa, poſt Philippum Tetrarcha & Rex.*
- Herodes, *quem corroſerunt vermes.* Act. 12. *Iacobum maiorem interfecit.*
- *Herodias vxor Philippi, concubina Antipæ.* Mar. 6.
- ANTIPAS, *qui & Herodes Tetrarcha Galilææ. Lucæ 3. Baptiſtam interfecit, &* CHRISTVM *comprehenſum iocülariter tractauit, anno regni ſui vigeſimo. Vulpes à* CHRISTO *dicitur, Luc. 13. Vnà cũ Herodiade Lugdunum exulatum mittitur.*
- ARCHELAVS, *qui regnauit in Iudæa.* Matth. 3. *annis nouem.* Hoc *in exilium Viennam ablegato, Iudæa in formam prouinciæ redacta eſt, & adiuncta Syriæ, eo miſsis prætorib⁹, vt Coponio: vt Pilato &c.*
- PHILIPPVS *Tetrarcha Itureæ & Trachonitidis, Lucæ 3.*

Ezras librum Paralip. edit de his, quæ à Dauide ad captiuitatem Babylonicam geſta ſunt, & librum, qui nomine ipſius inſcribitur. Scripturas à Babyloniis, prĩcipe militiæ Nabuzardan, incenſas reſtituit, & in hunc ordinem, quem hodie Hebræi magna ex parte ſeruant, reduxit.

Quidam eum authorem faciunt punctorum & accentuum, quibus afficiuntur hodie Biblia Hebraica. ſed illi errant, cùm conſtet ex libris beati Hieronymi ipſius tempore nulla extitiſſe. Sunt autem adinuenta paulò poſt tempora Honorii Imperatoris, anno ab euerſo templo 436. qui eſt à CHRISTO 476. in Tyberiade vrbe Galilææ. Huius muneris principes fuêre Aaron Aſeris, & Iacobus Nephtalis filii, qui dum de nõnullarum vocum punctis inter ſe diſſentiunt, Iudæos in duas partes diuidunt. Orientales enim, quique Babyloniam incolunt ad fluuium Neardá, poſterioris, Occidentales prioris lectionem conſectãtur. Iiſdem temporibus è veterũ Magiſtrorũ ſcriptis à R. Aſé collectũ Talmud ſeu doctrinale perficitur. Cõtinet autem Iudæorum ius canonicũ, quod ætate CHRISTI, pleno ſcripto nondum mandatum erat, ſed partim ex fragmentis, partim ex oris traditionibus ſeruabatur.

n Duces hoc ordine habentur in chronicis Hebræorum: Sacerdotes vero numerantur ex Ioſepho: quanquam ſex primi ad ipſum Iaddum vſque, quem Alexander ſumma veneratione proſecutus eſt, nominatim extant, Nehem. 12. Ex quo intelligimus, quod etiam notatur in Seder Olam, Aggæum, Zachariam, Malachiam, Ezram, Nehemiam attigiſſe ſeculum 3. Monarchiæ.

Quæ autem deinceps vſque ad Machabæos deſiderantur in noſtris Bibliis, peti debent ex Ioſephi Antiquitatibus Iudaicis, à cap. 7. lib. 11. Antiq. ad cap. 7. lib. 12. Sic quæ poſt Machabæos geſta ſunt vſque ad Chriſtum, apud eundem explicantur à cap. 15. lib. 13. ad vſq; caput 5, lib. 18. vbi inſigne teſtimonium Ioſephi de Chriſto. Alioqui Machabæorum libri deſinunt in Ioannis Simeonis filio.

Templum ædificare cœperunt anno ſecundo Cyri. 1. Ezræ 2. annis quadraginta ſex abſoluitur. Ioan. 2. Præter quod Hieroſolymis pedetentim Synagogæ. i. domus orationis & prædicationis, ad quas ſinguli πάροικοι ſtatis temporibus conueniebant, ædificatæ ſunt ad quadringentas & octoginta, R. Menahem. Hieroſolyma enim erat vrbium Orientis ampliſſima. Plinius lib. 5. & Tacitus in Auguſtalibus, nempe capièbat 24. plateas: quarum quæque haberet 24. ingreſſus, ſinguli autem ingreſſus 24. vicos. Hebræi in Echa Rabba.

Templum autem, qui ſolus erat locus ſacrificationis, & ſi diutius quàm prius Salomonicum ſteterit, nempe 521. (errat enim Kimhi qui in 2. Aggæum, tantum 420. numerat, & R. Leui in Danielem, qui 437. & dimidium) tamen in multis fuit inferius. Quinque enim rebus carebat: quæ prius mirum in modum præbebant auguſtum & venerabile. Primo diuina præſentia, quæ ad propitiatoriũ reſpõſa oraculaq; edebat. 2. ſpiritu ſiue afflatu ſancto, qui Prophetas olim corripiebat: Nam à Malachia ad Ioannem CHRISTI Baptiſtam nulli Prophetæ extitêre. 3. igne ſacro, cuius cuſtodiam tam anxiè Moſes Leuit. 6. præceperat: nunquam enim comparuit ex quo in puteum à ſacerdotibus, ne in impiorum manus caderet, merſus eſt, 2. Machab. 1. 4. Vrim & Thummim, qui erant lapides in pectorali Pontificis, quorum conſpectu ſacerdotes occulta intelligebant, & populo denunciabant. 5. arca, ipſiuſque tegmine. i. propitiatorio, & duobus Cherubim arcæ hærentibus, in quibus Deus ſedere dicebatur, propter ſui copiam, quam illic Pontificibus faciebat. Nec propterea Deus populum ſuum reliquerat. Nam vt ad CHRISTVM perduceretur, ſæpe edebantur oracula per Bath Kol. i. exilem quandam vocem, aliaque ſigna continuabantur in populo quæ recenſentur à Thalmudicis in tractatu Auoth.

* Sub Onia Priſco Ptolemæus Lagi multos Iudęos in AEgyptũ captiuos duxit. Sed hos filius Philadelphus, fauore 70. interpretum in patriam remiſit cum multis muneribus.

o Poſt Oniam qui tempore Antiochi Magni, & Seleuci eius filii pontificatum adminiſtrabat, propter perſecutiones perturbata eſt ſacerdotum ſucceſsio: nam Iaſon frater eius & Menelaus frater Simonis de ſummo ſacerdotio contendentes, cauſam præbuerunt (2. Mac. 14.) vt Epiphanes per vim Alcimum hominem impium & ritu gentilitio cõtaminatum, qui alienus erat à linea ſacerdotali, Pon-

Anni mundi.

tificem crearet.

Tumque ſacerdotium deuolutum eſt ad Machabæos qui ad illud iuris habebant aliquid.

o Ad Oniam Lacedæmoniorum rex Arius legatos mittit.

Ananias eius frater præfectus in AEgyptum obtinuit à Ptolomæo Philometore, vt apud Heliopolim conſtrueret templum Hieroſolymitano ſimile, illicque Pontificatu fungeretur. Egeſipp.lib. 2. cap.13. abutebatur loco Eſaiæ 19.cap.

*Hac ſexta ætate Monarchia erat per ordinem, penes Chaldæos, Perſas & Græcos.*

p Iudæi, vt notat Kimhi in Aggæum, arbitrantur Machabæos non fuiſſe de tribu Iuda, ſed Leui, ac eo nomine adeptos eſſe ſacerdotium. In qua ſententia video Noſtros, qui tamē addunt genere materno fuiſſe de regia ſobole, ac eā ob rem cum ſacerdotio delatam illis fuiſſe Reip. ſummam, perſecutionis Antiochorum, qui totam ferè nobilitatem extinxerant, temporibus, non ſine inſigni Dei prouidentia, qui impletam cupiebat prædictionem Iacob, Non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat Silô. Geneſ. 49. Ego verò lubens contrarium crediderim, genere paterno fuiſſe de tribu Regia, materno Leuina, vt duæ illæ tribus ſeſe ſolebant matrimonio colligare. Sic enim prædictio Iacob cùm euentu meliùs congruet.

Sub his autem principibus templum auguſtius fabricatum, adeo vt etiam externarum gentium amicitias mererentur, Romanorum, Lacedæmoniorum, Athenienſium.

q Ioannes Hyrcanus diruit ſanctuarium quod Samaritani in mōte Garizim extruxerant: & Hæreticos mactauit, qui extra templum offerebant. Sub finem regni factus eſt Sadducæus. In Seder Olam.

Phariſæorum, Sadducæorum, & Eſſenorum ſectæ.

Duæ nobiles familiæ ſeu collegia Sammai, & Hillel, ex quibus orti ſunt Scribæ & Phariſæi, quorum ſuſcepit ſcholam Rabbi Akibas, quem magiſtrum Aquilæ Proſelyti nonnulli putant. Et poſt Akibam Meir, cui ſucceſſit Iohannan filius Zacchæi, & poſt eum Eliezer, ac per ordinem Delphon, & rurſum Ioſeph Galilæus, denique vſq; ad captiuitatem Hieruſalem, Ioſue. Hieronymus ex Nazareis in 8.cap. Eſaiæ. Aquilam autē hunc verius quidā exiſtimarent eſſe Onkelos interpretem Chaldaïcū Moſaïci Pentateuchi, quam eum, qui vixit Adriano Imp.

Antignus Sochæus, cuius diſcipuli Sadoc & Baiethos, ſectā Sadducæorum, quæ etiámnum hodie Conſtantinopoli perſeuerat, introducunt, negantes legem ore traditam, nec fidem habentes vlli rei, quæ non eſſet quinq; libris Moſaïcis conſignata. Vnde Karaim q. Biblici ſeu Legiſtæ dicti ſunt. Elias in Thisbi. Quare neque Prophetas & Hagiographos recipiebant, neque Spiritus ſancti aut Angelorum ſubſiſtentiam, vt nec mortuorum reſurrectionem credebant. Acto.

Ab Antigno Cabbalā edocti ſunt Rabbi Ioſe filius Ioaſar, & Ioſé filius Iohanā. Ab his deinde Iudas filius Tabæi, & Nathæus Arbelites.

Simeon Ben ſata & Ioſue filius Prahaiæ. Poſterioris diſcipulum fuiſſe Ieſum conſeruatorem noſtrum addita fabula ioculari mentiuntur in Talmud & Seder Olam. Ad cuius confutationem temporum ratio ſatis eſt. Nam inter vtrumque eſt interuallum 100. annorum.

r Ariſtobulus primus poſt captiuitatē Regem Iudæorum ſuſcepto diademate ſe appellauit. Antea enim nuncupabantur duces, quòd obnoxii eſſent ditioni gentium exterarum. Matrem in carcere fame enecauit, vix anno tyrannidis exacto miſere mortuus.

s Huic frater Alexander ſuccedit beneficio Salomes quæ & Alexandra, Ariſtobuli viduæ: eam enim cum regno in vxorem accepit, pace cum Cleopatra AEgypti, quæ Ptolomæum filium ſuum maiorem bello perſequebatur, facta.

Hillelis doctoris inſignis 80. diſcipuli. Clariores Ionathan filius Vziel, cuius paraphraſis Chaldaica in vetus teſtamentum magna ex parte extat, & Simeon Iuſtus, qui Chriſtum vlnis excepit.

In Simeone ſpiritum Synagogæ magnæ defeciſſe authores ſunt Talmudici in tractatu Pirke Auoth. Rabbi Moſe AEgyptius, non tantùm diſcipulum, ſed & filium Hillelis fuiſſe, ſcribit, Gamalieliſque (ad cuius pedes legem Paulus didicit) præceptorem.

t Alexander moriens regnum non filiis, ſed vxori reliquit, conſulens vt omnem poteſtatem Phariſæis, quos multis modis ipſe cruciauerat, daret, ſicque tranquillè regnaret. Multa enim apud populum iſti poterant.

v Alexādra regnum perturbatum filiis reliquit. Nam hi, teſte etiam Strabone Geogr. lib.16. de imperio diſceptantes anſam præbuerunt, vt ſic regnum à Romanis occupatum, per varias clades ad Herodem alienigenā tandem deuolueretur.

Nam anno ante Chriſti ortum 61. Iudæa in poteſtatem Romanorum venit captis à Pompeio Hieroſolymis & muris ſolo æquatis, eo ipſo anno quo Cicero Conſul à Catilinæ coniuratione Rempub liberauit.

Relictæ tamen ſunt Iudæis ſuæ leges & ritus, ac Hyrcano Secundo pronepoti Simonis Machabæi ſummum ſacerdotium confirmatum eſt.

Eodem anno natus eſt Ioachim Mariæ parens, vt notat in Philonem Annius.

Pompeium victorem pecunias Templi contrectare noluiſſe, & vrbes ſuis habitatoribus reddidiſſe demptis Gadaris, quas reſtauratas Demetrio liberto ſuo donauit, author eſt Ioſeph lib.14. Antiquitatum cap.8.

Non ea religione fuit M. Craſſus: is enim nouem pòſt annis contra Parthos proficiſcens Templum ſpoliat ablatis 60. auri modiis. Sed ideo ſtatim à Parthis trucidatur.

Apud Hyrcanum in magna authoritate & potentia fuit Antipater Idumæus, Herodis magni pater.

Hic iuuit Gabinium in reſtitutione Ptolomæi Auletæ, & proinde ipſi & Hyrcano conceſſum, vt muros Hieroſolymorum reſtaurarent.

Occaſione belli ciuilis inter Cæſarem & Pompeium Herodes ad regnum peruenit: nam quia Antipater in bello Alexandrino Cæſarem iuuerat, tutor Iudęæ à Cæſare conſtitutus, Herodem filium Galilęæ præfecit.

Quadrageſimo ſecundo anno ante natum Chriſtum, Cæſar interfectus à Coniuratis, ex quibus Caſſius in Syriam veniens 4. auri modios à Iudæis exegit.

x Herodes ab Antonio Triumuiro Tetrarcha Iudęæ cōſtituitur, anno ſequenti, quo Cicero interfectus eſt, & Brutus

Anni müdi.

Brutus Philippis victus.

Paulò poſt Parthis in Iudæam reducentibus Antigonum Hyrcani Regis nepotem in AEgyptum ad Cleopatram fugit. Deinde Romam pergens ab Auguſto & Antonio rex Iudęæ creatur, & ab his adiutus Hieroſolymam expugnauit quarto anno poſtquàm Rex fuiſſet declaratus .i. anno 33. ante ortum Domini.

Diſcipulorum Hillêlis, Iohanan Ben Zacchai minimus fuit eruditione, quem tamen vniuerſum Cabbalæ & Scripturarum corpus, cunctas etiam Philoſophiæ partes exactiſſimè tenuiſſe, ac ſcholæ Scribarum & Phariſæorum magna cum laude præfuiſſe aſſeuerant.

Ab Auguſto vbi victus fuiſſet Antonius ad Actium, regnum Herodi quãuis ſequuto partes hoſtiles auctũ eſt.

Herodes ludos ſcenicos & gladiatorum lanienas Hieroſolymis inſtituit.

Aquilam auream inſigne Romani Imperii in honorem Auguſti ad templi ſuperliminare erexit.

Iſtius 33. anno natus eſt Chriſtus, nempe poſt Hirtiũ & Panſam extremos Conſules, an. 42. id eſt, Auguſti Cæſaris, qui iam templum Iani clauſerat, & orbem pacarat, quadrageſimo primo. Irenęus lib. 3. cap. 25.

Maria anno ætatis decimo quarto filium Dei concipit, Martii die 25.

Herodis 25. Magi adoraturi Chriſtum è Perſide, quæ eſt in Oriente terræ Iſraël, venere. Epiph. hæreſ. 51. duobus poſt, horrendo morbo interit, Ioſeph.

Penes eius familiam regnum Iudęæ fuit an. 103. auctore Rabbi Ioſé.

Chriſto quatuordecim annos nato, nempe regni ſui decimo, Archelaus Romæ accuſatus fuit apud Auguſtum tyrannidis & crudelitatis, quòd tria millia Iudæorum, qui in Templum confugerant, in Paſchate trucidaſſet, ſummumque ſacerdotium traderet & eriperet quibus vellet. Quare tractus Viennam Galliæ, bonis publicatis, cauſam dedit, vt regnum Iudęæ deſineret, ac prouinciæ Syriæ adiungeretur, ex eo factis partim præfecturis, partim toparchiis. Ioſ. lib. 17. aut cap. vlt. & lib. 18. cap. 1.

Anno ſequenti mortuus eſt Auguſtus, cum ferè imperaſſet annos 56.

Anna filia Phanuel Prophetiſſa.

Zacharias Baptiſtæ parens ſacerdos & Propheta

Ioannes Chriſti Baptiſta & præcurſor.

Attingens Chriſtus annum 30. prædicare cœpit in biennium integrum & aliquot menſes. Nam dicitur paſſus 25. die Martii, quinto verò Maii aſcendiſſe in cœlum, & decimoquinto effudiſſe Spiritum ſanctum.

Cõmunis tamẽ ſententia eſt veteris Eccleſiæ CHRISTVM prædicaſſe tres annos, & ſemis. Vtut ſit, conſtat ipſum orſum eſſe munus concionandi Tyberii 15. anno, Lucæ 3. decimo autem octauo pro nobis mortuum.

Pilatus vltimo .i. decimo anno præfecturæ ſuæ, Samaritanorum ſanguinem miſcuit cum ipſorum ſacrificiis. Ob quam crudelitatem Romam accerſitus vltimo anno Tyberii, quinq; annis poſt obitum Chriſti, in exilium miſſus eſt. Ioſeph. Antiquit. Iudaic. lib. 18. cap. 7.

Idem de Galilæis olim fecit ante Chriſti obitum, 13 cap. Lucæ.

Pilatus imaginem Cæſaris portari iuſsit Hieroſolymam, quam tamen rogatu Iudæorum interdictum legis prætendentium Cæſaream tranſtulit.

Idem Petronius Iudęæ præfectus de Caii imagine tentauit, non ſine multorum Iudæorum renitentium cæde, vt refert Ioſephus: adeo vt irritatus Caius Caligula, vi Iouis idolum intuliſſe feratur in Templi adytum, non ſuſcepta Philonis legatione.

Quod etiam auſus eſt Adrianus Imperator. Vbi quondam (inquit Hieronymus in 2. Eſaiæ) erat templum & religio Dei, ibi Adriani ſtatua, & Iouis idolum collocatum eſt. Quæ ſanè implebant vaticinationem Danielis qui ſcripſerat in propinquo fore ruinam Iudæorum, cùm in loco ſancto poſita eſſet deſolationis abominatio. Sic enim Hebræi idola & impios cultus nominant.

Ab eo ergo tempore cuncta Iudæis peruerſè cedere cœperunt, vt præmonuerat Chriſtus prophetarũ numen, Matth. 24. & Mar. 13.

Nam Neronis tempore Veſpaſianus Gadaram primo impetu cepit, & aduerſus eos, qui Gadaris fugerant, equitatũ immittens, tota regione trans Iordanem potitus eſt vſque ad Macherunta.

Altero deinde prælio Hiericuntem cepit, & ad muros Iudæos compulit, Tito filio ad excindendam Hieroſolymam relicto.

Titus autem, vbi pater per Alexandriam ad imperium capeſſendum profectus fuiſſet, anno pòſt ſecundo in Paſchate, quo die Chriſtum in crucem ante quadraginta duos annos egerant, vrbem expugnauit, ſexcentis hominum millibus gladio & fame conſumptis, & centum aliis millibus publicè in mancipia venundatis. Ioſeph. de bello Iudaico lib. 3. cap. 6.

Reliquos, qui duce Barcosba (Is vnus fuit è quinque, qui ſe Iudæis Chriſtum in lege promiſſum perſuaſerunt, magno ipſorum detrimento) arma cœperant, aggreſſos templum reſtaurare, Adrianus funditus perdidit.

Ter enim id conati ſunt, ſub Adriano, ſub Conſtantino magno, ſub Iuliano Apoſtata, qui hoſtis Chriſti etiam pecunias cõtulit, & artifices vndiq; euocauit fures, vt Domini ſententiã euerteret, qui nõ patitur templũ Salomonicum deinceps inſtaurari. Vnde vbi aperuiſſent fundamenta, & manũ ædificationi admouiſſent, ignis è fundamento emicans multos exuſsit. Sed & Imperator flammam cum pleriſque aliis vix euaſit. Cantacuzenus oratione ſecunda contra Mahometem. Atque hæc quidem de veteri populo.

DE HIS QVAE AD CHRISTVM SPECTANT EXTERNORVM TESTIMONIA.

Ioſephus libro 1. Antiquitatum, vbi Ieſu veram doctrinam & reſurrectionem cõfeſſus fuiſſet, inquit: Chriſtus hic erat, &c.

Romani ex Sibyllinis oraculis ſibi cauebant, ne quis ſuorum Regem Aegypti reduceret. Eſſe enim in fatis, vt ſtatim vniuerſi monarcha naſceretur. Hoc oraculum attingit Cicero prima Epiſtolarum familiarium ad Lentulum, qui id negotii ſibi petebat. Ac ſanè vbi Ptolemæus à Gabinio reductus eſſet, rebus diu in ſenatu agitatis, Chriſtus paulò poſt natus eſt. Vide finem libri ſecundi Oraculorum Sibyllinorum, quæ Gręcè extant.

Sibyllæ verſus obſeruamus aliquem appellandum eſſe Regem, ſi ſalui eſſe velimus. Cicero 2. de Diuinatione, vbi & meminit Acroſtichidis, quæ regis illius nomen primis literis verſuum exprimebat. Locus autem eſt in 8.

Oraculorum Sibyllinorum,in quo Acroſtichis eſt hæc Ιησῦς χριςὸς θεῦ ὑὸς, σωτὴρ, ςαυρὸς Ieſus Chriſtus Dei filius, ſeruator,crux.

Integra eſt Virgilii Ecloga 4. de Chriſto, vt à Cumæa Sibylla deſcriptus fuerat, cuius verſibus conſideratis Secundianus pictor,& Marcellinus orator Chriſtiani effecti ſunt.

Fama erat:eſſe in fatis,vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur,Suetonius in Veſpaſiano cap.4.

Herodes pueros in Syria,inter quos & filium ſuum,necat.Macrobius lib.2.Saturnalium capite quarto.

Maximus terræ memoria mortalium extitit motus, Tyberii Cæſaris principatu, duodecim vrbibus Aſiæ vna nocte proſtratis.Plinius lib.2.Natur.hiſtoriæ.cap.86. Is eſt, quem Matth.28. Angelus die reſurrectionis Chriſti excitat.

In inſulis maris Mediterranei vox hæc imp.Tyberio audita eſt: Magnus Pan hodie mortuus eſt, Plutarchus inter rationes libri,cur oracula defecerint.

a Chaldæorum Monarchia 78. annos continuauit. Tres tantùm habuit Reges Hierem. 27. Incepit octo annis ante captiuitatem Babylonicam: nam primus Nabugdonozoris incidit in finem tertii Ioachim,Dan.1. hoc eſt,fuit quartus Ioachim,Hierem.25.

Archilochus,Phocylides, Epimenides poetæ paulò ante captiuitatem: Simonides,inchoante captiuitate,Sappho, Steſichorus,Alcæus,Pherecydes,Draco, Solon,& alii ſapiẽtes.Thales Mileti philoſophiæ Ionicæ primus autor. Anaxagoras Pherecydis diſcipulus.

b Nabugdonozor è regno ob inſaniam pulſus: cum feris annos 7. in agro egit: poſtea ad ſe reuerſus,Deumque agnoſcens,in regnum reducitur.Dan.4.

Primo regni anno Niniuen ſubuertit,& Aſſyriorum imperio,qui mille trecentis ferè annis Regnum ampliſſimum in Aſia poſſederant (Hieron.in 7. Eſaiæ) potitur,Ioachimque Regem Iuda tributarium reddit.Rabbi Saadias in 1. Danielis è maiorum traditione.

Regnum AEgyptiorum quod multis ſeculis Pharaones potentiſſimum obtinuerant,cepit.Ioſeph. lib.10.

Hinc primum Monarchæ titulum conſequutus eſt.Nam & ſi iam à priſcis ſeculis,nempe à Nimrod conditore, Imperium Babylonicum in orbe viguit: tamen quia cum Aſſyrio,cuius fundator Aſſur, & AEgyptio,quod Erexit Oſiris Pharaonum primus, ante Abrahæ tempora,æquo Marte Orientem & Libyam poſſidebat, non priùs Monarchiæ nomen receptum eſt,quàm hæc ſimul fuêre addita. Tũ enim primò præſtantior & maior οἰκυμένης pars vni parêre didicit.

Pythagoras alterius philoſophiæ Italicę auctor in illa Italiæ ora quæ olim magna Græcia dicebatur. Nam vetuſtiſſimæ philoſophiæ fuerunt Ionica & Italica,reliquæ recentiores.

c Salathiel filius Iechoniæ tertio anno Baltazaris Babylone mortuus eſt,ſtetitque poſt eum Zorobabel filius, qui primo anno Cyri perrexit cum exulibus Hieroſolymam, & reſtaurato templo Babylonem rediit,vbi & mortuus eſt.Seder Olam.

d In ordine Regum Perſarũ exteri ſcriptores à ſacris variant.Cyrum enim præponunt Dario,tanquam ſocerum genero, cùm cõtrà Darius vel ſocer fuerit Cyri,vt Hebræi arbitrantur,vel auunculus, vt Lyranus in 5. caput Danielis annotat.

Quòd autem hic fuerit Darius, quem noſtri vocãt filium Hydaſpis Daniel verò Aſſueri ex genere Medorum,ex eo liquere puto, quòd elementa Hebraica monſtrant, Aſſuerum eſſe,quem Græci appellant Xerſem,qui apud vtroſque fuit è primis Perſarum Regibus,vt Iuſtinus lib.2.fidem facit, quique contra Græciam innumerabilem duxit exercitum, & ea per quinquennium geſſit, quæ Græcornm narrant hiſtoriæ.

Succendit enim Athenas ſub principe Mardonio, & bellum iniit apud Thermopylas,& apud Salaminam nauale certamen, quando Themiſtocles ad Perſas fugit, & Sophocles atque Euripides clari habebantur.

Nec aſſentiri poſſum Lyrano & cæteris,quibus Aſſuerus eſt Darius Hydaſpis filius,quoniam qui Aſſuero ſucceſſit,eſt Darius Longimanus,cuius præceſſorem fuiſſe Xerſem cuncti fatentur. Deinde,quis horum quinque diceretur Xerſes, cuius bellũ in Græcos apud vniuerſos tantopere decantatum eſt?

Sambetha Sibylla Chaldæa ſiue Perſica Alexandri Macedonis geſta perinde atque Daniel prædixit. Eius ſunt,magna ex parte,quæ ſuperſunt Græcè Oracula Sibyllina. Non rectè confunditur cum Erythræa.Nam illa vixit belli Troiani tempore, ac prædixit Græcis Ilium petentibus perituram Troiam, & Homerum mendacia ſcripturum. Vide quæ de rebus Sibyllarum adiecimus ad librum Perionii de vitis Sanctarum mulierum. Crœſus Lydorum Rex.AEſopus fabulator.Anacharſis.Anaximenes.Heraclitus.

e A Cyro facta eſt omnibus qui vellent,redeundi in Iudæam poteſtas. Itaq; multi,pii prȩſertim ac tenues ad 50. ferme millia duce Zorobabele & Pontifice Ieſu filio Ioſedech reuerſi ſunt, & Ieruſalem ædibus conſtructis redintegrare cœperunt,Ezræ 1. & 2.

Fundamenta quoque templi iecerunt ædificato altari in quo ſacrificarent, ſed ab accolis Samaritanis interturbata eſt ædificatio ad ſecundum Darii.Idem 3.cap.

*Anni mundi.*

a *Monarchia Chaldæorum pertinuit ab Oriente extremo in Gallias. Ioſephus.*

Hier. 52. b Nabugdonozor filius Merodac ãnos 45. 3560

Ibidẽ. Euilmerodach an. 23. 3605

Dan.5 c Baltazar anno 10. 3633

*Hunc Darius & Cyrus vino ſomnoque ſepultũ oppreſſerunt, Monarchiamque ad ſuos trãſtulerunt.*

*Summa 78.*

*Monarchia Perſarum patuit ab India vſque in AEthiopiam per centũ 27. prouincias. Eſther.1.*

Dan. 6. 1 d Darius Medus, ſocer Cyri an. 2. 3638

Eſræ 1. 2. c Cyrus gener Darii, rex Perſarū ſuccedit Medo, vnumque è duobus imperium facit an. 30.

3 f Aſſuerus, quem noſtri Xerſem vocāt, Chaldæi Artaxerſem primum, annis 20.

4 g Darius Longimanus, Artaxerſes 2. an. 40.

Nehem. 2. h 5 Artaxerſes tertius, cuius regni ann⁹ trigeſimus ſecundus. Nehē. 13. memoratur, regnaſſe dicitur an. 55.

Is eſt Darius quem vicit Alexander Macedo, ſed hic paulò pòſt mortuus nō reliquit ſucceſſorem: ita Macedonica Monarchia in quatuor diſtributa eſt iuxta vaticiniū Daniel. 11.

i *Summa. 147.*

Anni mūdi.

His annis abſente Cyro in bello Scythico regnat filius Cambyſes, impedit executionem edicti à patre in gratiam Iudæorum ſanciti, & moritur. Helleſpontia Sibylla Solonis & Cyri temporibus, vt ſcripſit Heraclides Ponticus.

f Hic Eſther duxit in vxorem, ex qua genuit Darium Longimanum, vt eſt in Hebræis Annalibus.

3640 Initio regni prohibuit ædificari templum, criminatione nonnullorum. Itaque reſtauratio intermiſſa eſt vſque ad annum 2. Darii, Ezræ 4. Nec ea eſt accuſatio, qua ab Haman apud Aſſuerum delati ſunt Iudæi, in lib. Eſther. Nam hæc facta non eſt regni eius pricipio.

g Huius anno 32. tota vrbs ædificata eſt. Nehem. 5.

Thucydides ſe ſub Longimano vixiſſe ſcribit. Hippocrates, Herodotus, Democritus, Bacchylides. Græcia in duas partes ſciſſa bellis inteſtinis feruet.

3670 Miltiades, Cimon, Empedocles, Ariſtides, Pericles, Anacreon, Gorgias, Aeſchylus tragicus.

Darius omnibus modis Iudæis fauet, fortaſſe quòd filius eſſet Eſtheris, & certe eius ānis Regina Eſther vidua & mater videtur multum

3690 potuiſſe. Nam liber Ezræ & Nehemiæ paſſim illam & Mardocheum inculcat.

Iubet Iudæos repetere ædificationem & vrbis & templi, Ezræ 6. collatis muneribus & priuilegiis ampliſſimis. Hinc à fluuio Babylonis Ahaua Hieroſolymam Ezras ſcriba cum multis aliis cōſcendit, & ædificauit murum ciuitatis. Ezræ 7. & ſeq.

Deinde à Suſis caſtro poſt annos 13. Nehemias Regius pincerna, Eliaſib Pontifice. Nehem. 2. & ſeq.

Nec verò cuncti rediere. Etenim exulum multitudo, vt Ioſephus Antiquit. lib. 18. cap. 12. & Talmudici narrant, vrbem ad Euphratis ri-

3725 pam condidère, quam Chaldaica voce (paulatim enim Iudæi Babylonē abducti, ibique. 70. an. exilio & ſeruitute preſſi, linguam Hebraicam dedidicerāt, ſenibus vita defunctis & pueris linguam peregrinam imbibentibus) Neardéa. q. fluuium ſcientiæ appellarunt,

Synagogis atque Academiis conſtructis, quæ in multa ſæcula omni ſcientiarum genere floruerunt.

Vnde longo pòſt tempore poſt annum Chriſti 470. Talmud Babylonicum multa rerum cognitione plenum ediderunt. Ad quorū imitationem cæteri, quos in Iudæam Zorobabel, Ezras & Neemias reduxerant, Hieroſolymis gymnaſia multa literarum inſtituerunt, Talmudque Hieroſolymitanum altero quatuor partibus minus tandem euulgarunt.

Carthaginenſes cùm eorum regnum floreret, Oceanum Atlanticum dimenſi ſunt, terraſque aperuerunt, in quibus erant arbores pulcherrimæ, & cœlum ſaluberrimum. Quare cùm multi eò nauigarent, & capti amœnitate loci non reuerterentur in patriam, eius ob bella & aſperitatem pertæſi, pœna capitis cautum eſt, ne quis deinceps in eas terras nauigaret, nempe ne Africa habitatoribus exhauriretur. Atque ita huiuſmodi nauigatio deſiit. Ariſtot. de mirabilibus auditionibus. Ea eſt America & Braſilia, quam Afrorū coloniam eſſe dubitandum non eſt. Hanc autem iterum auorum ætate Luſitani & Caſtilii an. Chriſti 1497. repererunt.

Alcibiades, Lyſander, Conon, Epaminondas. Archytas Tarentinus primus Geometriam cum Mechanica coniungit. Socrates, Ariſtophanes, Euclides, Phocion, Dionyſius tyrannus Syracuſanus, Xenophon, Plato, Iſocrates, Polybius, Praxiteles, Metaſtenes.

h Huius tempore Iudith (etſi ferè locetur ſub Cambyſe) in cui⁹ hiſtoria nominatur Nabugdonozor. Ex Bagua ſpadone, qui fuit in caſtris Holofernis id deprehēditur. Nam eius quoq; meminère ſub hæc tēpora externi ſcriptores. Vide Seuerū Sulpitiū lib. 2. hiſt: Regis autē meminit Dan. 8. cap. ſub nomine Arietis cōfligētis cum hirco.

Ariſtoteles præceptor Alexandri, Demoſthenes, Diogenes, AEſchines.

i Hebræi tamen tradunt Perſarum Monarchiam tantum duraſſe annis 52. Noſtri numerant 230. nempe quoniam multò plures, nempe 14. reges faciunt. Sed perſpicuè non plures quatuor poſt Darium (aut certè Cyrum iuxta R. Moſem) imperaturi affirmantur, Danielis 11. nec plures in Scriptura nominātur. Illic lege Rabbi Abraham, quem in his nominandis numerandiſque ſuffragatorem habeo.

Accedit Alexandrum non ita multò poſt reditum Iudæorum ab exilio res ſuas geſſiſſe, vt author libri Machabæorum indicat, & Aggæus extremo ſuæ prophetiæ: Adhuc modicum, inquit, & commouebo cœlum & terram, & regna ſubuertam &c.

Nam Nehemias qui fuit è reducibus, peruenit ad Pontificem Iaddum, Nehem. 12. quem indubitatum eſt occurriſſe Alexandro, eique de Dario promiſiſſe victoriam, demonſtrato oraculo, quod Daniel cap. 8. tradiderat. Vnde quidam veriſimile putant Nehemiam & Ezram huiuſcemodi ingreſſui Alexandri in Hieroſolymam interfuiſſe.

Beroſus Chaldæus Hiſtoricus.

k Eratoſtratus, vt nobilitaretur aliquo facinore, incẽdit templum Dianæ Epheſiæ, quo die natus eſt Alexander. Vnde vates augurati ſunt illa die natam peſtem Aſiæ.

Alexander, Illyricis, Thracibuſque ſuperatis, victa Græcia, Thebiſque ſubuerſis traiecit in Aſiam, & fugatis Darii ducibus, vrbem Sardis cœpit: poſteaque capta India & vrbe Alexandria condita, cum triginta duos haberet ætatis annos, & duodecimum Imperii, in Babylone veneno periit. Hieron. in Daniel. 11.

l Iſtorum ſucceſſiones prætermiſſæ ſunt, quia eorum enumeratio nihil confert ad Scripturæ hiſtorias. Secus habet de Syriæ Regibus & AEgypti, propter geſta Machabæorum & vaticinationes Danielis.

Satis autem eſt noſſe Monarchiam hanc in poſteris Alexandri duraſſe vſque ad Iulium & Auguſtum Cæſares, ſub quibus quarta cœpit.

Tum enim primum cùm reliqui orbis præſtantiori parte, Alexandri vniuerſa poſteritas imperio Romano ſubiugata eſt. Nã pridem L. P. AEmilius Perſeũ vltimum Macedoniæ Regem vicerat: Scipio Aſiaticus, Aſiam: Lucius Sylla, Grȩciam: Pompeius, vt cȩterorum prȩteream victorias, Pontum, Armeniam, Albaniam, Colchidem, Hemochiam, Caſpios, Iberos, Parthos, Arabas atque Iudæos, cum magno ſui terrore cœperat.

Ab Auguſto etiam AEgyptus, & cȩteræ imperii ſubactæ regiones in formam prouinciarum redactȩ ſunt, vt iuxta oraculũ Eſaiæ 11. & 19. Apoſtolis Chriſti liberum iter ſterneretur ad prædicandum in omnes gentes Euangelium.

m Lyranus in Danielem, & initio commentar. in Machabæos ſecundam Alexandri ſucceſſionem Aſiæ Reges (non Thraciæ & Ponti) facit. Ego quia eoſdem reperio fuiſſe Aſiæ & Syriæ Reges, & Scipionem dictum fuiſſe Aſiaticum, quòd Antiochum Magnum ſuperaſſet, omnino cenſeo quaternarium Danielis replere Reges Ponti.

Habuit quidem multos alios ſucceſſores Alexander, qui orbem ſibi in multas toparchias diuiſerũt, vt Iuſtinus hiſt. lib. 13. narrat, ſed tantùm quatuor, poſt 14. an. à morte Alexandri obtinuerunt & peruenerunt ad iuſtum Regni titulum.

n Duæ autem ſucceſſiones extremæ tantùm attingũt Scripturas, quoniam Iudȩa, Syriam ab Aquilone, & AEgyptum ab Auſtro habens, nunc ab huius, nunc ab illius Regibus tenebatur, & Scripturæ propoſitum eſt non externorum, ſed populi Domini hiſtoriam texere.

Daniel vndecimo cap. res deſcribit Regum Syriȩ & AEgypti, à Seleuco Nica. & Ptolomȩo Lagi per ordinem vſque ad Demetriũ Sotherem, & Ptol. Euergetem Secundum. De Ant. Epiphane ſunt duȩ viſiones 8. & 11. cap. Dan.

o Rabbénu Haccadós Antiocho chariſſimus, vt ſcribit Rabbi Leui. Daniel 9. fuit etiam alius hoc nomine charus Seuero & Antonino Imperatorib. qui Iudȩos plurimum dilexerũt, vt ſcribit Hieronymus in Danielis 11. cuius liber à Rabbi Moſe Haddarſan in Bereſchith Rabba ad octauum caput Geneſeos citatur: vbi ille per modum Dialogi Antonino Imperatori multa legis ſacramenta pãdit. Quod etiam innuit Rabbi Moſe de Kotſis præfatione in Sepher Mizuoth. Deus, inquit, dedit gratiam magiſtro Hakkados apud Antoninum Imperatorem. Ideoque collegit vniuerſos terrarũ ſapientes, & conſtituit ſex ordines Miſna (cõtextus Talmudici) iuxta prȩſcriptum Cabbalæ &c.

Annibal à Romanis victus ad Ant. Magnum ſeſe in Aſiam proripuit.

p Seleuci ætate, cùm Onias eſſet pontifex, Heliodorus ad ſpoliandum ærarium Hieroſolymam miſſus eſt.

q Antiochus Nobilis ſiue Epiphanes traditus fuit à Magno, Romanis obſes. Audita autem patris morte & inertia Seleuci fratris clam in Syriam venit, & ab aliquibus ciuitatibus receptus tandem regnum obtinuit. Vnde inter poſteros eius & fratris longa fuit de Regno concertatio ſucceſſioque viciſſitudinaria.

Iſtius perſecutiones & tyrannis narrãtur. 1. Machab. ad caput vſq; 6. in quo interit. Sed quã miſere cap. 9. lib. 2. Hebræi in Tractatu de

*Anni mundi.*

k *Monarchia Macedonũ patuit à mari Adriatico in Indicũ vſq; trãs Gangem ad Emodios montes. Hiero. in 7. cap. Dan.*

(1. Mac 1.) Alexãder Magnus annos ſex poſt cõfectũ Darium. Alioqui imperauit an. 12. 3780
1. Machab. 1.

REGES MACEDONIAE.

(Prima.) l Philippus, Caſſãder & cæteri vſq; ad Perſeum, quem Lucius P. AEmilius vicit. 3786

REGES THRACIAE ET PONTI.

(Secunda.) m Lyſimachus vſque ad Mythridatẽ, quem Pompeius Magnus domuit.

REGES SYRIAE ET ASIAE,

(Tertia.) n *Quorum poſtremo Pompeius regnum ademit Iuſt. lib. 40.*

(2. Ma. 3.) Seleucus Nicanor an. 32. 3786
Antiochus Soter ann. 19. 3848
Antioch. Theos an. 15. 3837
Seleucus Callinicus an. 20. 3852
Seleuc⁹ Ceraunus an. 3. 3872
(1. Ma. 8.) o Antiochus Magnus frater an. 36. 3875
(2. Ma. 3.) p Seleuc⁹ Philopator, qui & Soter an. 12. 3911
(1. Mac 1.) q Antiochus illuſtris, ſiue Epiphanes, Seleuci frater. an. 11. 3923

Diuortiis

| | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| 1. Mach. 6. | r Antiochus Eupator. an. 2. | 3934. | |
| 1. Mach. 7. & 2. Mac. 14. | ſ Demetrius Seleuci Soter an. 9. | 3936. | |
| 1. Mach. 10. | Alexander an. 10. | 3945. | |
| 1. Mach. 10. & 11. | Demetrius an. 3. | 3955. | |
| 1. Mach. 11. & 13. | Antiochus Sedetes Pius. an. 9. | 3958. | |
| 1. Macb. 14. | Demetrius Secundus an. 4. | 3967. | |
| 1. Mach. 15. & 16. | Antiochus Gryppus an. 10. | 3961. | |
| | Antioch' Cyzicenus an. 18. | 3981. | |
| | Philippus an. 2. | 3999. | |
| | *Summa an.* 216. | 4000. | *Anni ante Chriſtum natum.* |

## REGES AEGYPTI.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quarta. | t Ptolomæus Lagi Soter an. 40. | 3786. | 303. |
| | u Ptolomæus Philadelphus an. 38. | 263. | |

Diuortiis, aiunt periiſſe Muſca, quæ in eius nares inuolarat, & maximo cruciatu earũ interiora ſenſim depaſcebatur.

Machabæi fratres, Eleazarus venerandæ caniciei ſenex, & multa alia Iudæorum millia conſtãtiſſimũ martyrium pro patriis legibus ſubeunt. Vide à primo cap. libri ſecundi Machab. ad 10. Nam etiam illo libro iſtius res deſcribuntur.

Vbi obſeruandum duos libros Machabæorum à diuerſis eſſe ſcriptos de eadem re. Supereſt etiã in Bibliis Græcis tertius, ſed is primo loco collocãdus erat. Nam deſcribit quæ præceſſerunt Machabæorũ tempora, dum Ptol. Philopator apud AEgyptios rerum potiretur.

Quartus eſt vmbratica & Philoſophica cuiuſdam Ioſippi commentatio de martyrio matris & 7. fratrum &c. Euſebius autem in Chronico videtur ſignificare ſe in alios incidiſſe.

Antiochus impius vetuit legem Moſis publicè legi. Nempe antea lex pro numero ferè Hebdomadum anni, diſtributa in 53. ſectiones, ſiue parashot (quarum ſingulæ conſtant 136. verſibus) ſingulis Sabbathis legebatur. (Act. 13. & 15.) Cæterũ tunc earum loco, decerptæ ſunt è Propheticis libris totidem ſectiones, quæ antiquæ diei lectioni ſenſu congruerent. Quare etiamnũ hodie quãuis deſierit Antiochi tyrannicum edictũ, inter Iudæos mos perſeuerat, vt Sabbathis poſt diei legalem ſectionem canant Propheticam: quam vocant haphtara. q. miſſam ſiue miſſionem. Ea enim abſoluta plebẽ dimittunt. Elias in Thisbi.

r Eupatoris in Iudæos geſta. 1. Mach. 1. 6. & ſeq. & 2. Machab. 10. & c. Hi enim duo ſunt Antiochi, qui infeſtiſſimo fuerũt animo aduerſus Dei religionem, quod etiam Daniel prænuntiarat.

Iſtorum temporibus regnabat apud AEgyptios Ptolomæus Philometor. 2. Mach. 9. cuius regni ãno decimo Iudas Machabæus templũ, quod Gentes ſub Antiocho contaminauerant, repurgauit, altari nouo nouis è lapidibus inſtaurato.

Deinde eius ἐγκαινισμὸν magna lætitia celebrauit & à poſteris ãnuatim celebrari imperauit. 1. Mach. 4. Quod æuo Chriſti adhuc Iudæi multa cum religione ſeruabant. Ioan. 10.

A tempore purgati per Machabæum templi Iudæi nunquam deinceps leguntur idola coluiſſe. Itaque exilium, quod miſeri hodie perferunt, non ſuæ idololatriæ, ſed Chriſti impiè crucifixi peccato aſſcribãt neceſſe eſt. Vide Oſeæ 3. cap.

ſ Sequentes Reges Syriæ ita bella geſſêre cum Iudęis, vt ad legis repudium non cogerẽt. Lege ſeptimum cap. 1. lib. Machab. ad finem vſque.

Hieremias & Onias iuſtus apparent in ſomnis Machabæo, orantes pro populo. 2. Machab. 15.

t Mercurius Triſmegiſtus. Mihi enim videntur errare qui eum propinquum Moſi eundémque cum Deo Mercurio faciunt. Nam AEgyptus Græcum idioma vix ante Alexandrũ Magnum audiuerat, vt Græcè multa de verbo Dei, congruentia oraculis diuinis ſcribere potuerit.

Theophraſtus, Zeno Cittieus Stoicæ ſectæ princeps. Epicurus Epicureorum auctor. Menander.

Romani bellum gerunt cum Pyrrho rege Epirotarũ.

u Alexandriæ bibliothecam 54. millium & octingentorum librorum inſtruit.

Vetus teſtamentũ in linguã Græcã per 72. interpretes cõuerti iuſsit, trecentis plus minus ante Chiſtũ annis.

Mirum autem eſt Talmudicos ſcribere ſeptuaginta interpretes quinque duntaxat legis Moſaïcæ libros conuertiſſe, & duobus tantum in locis, idque conſulto, à veritate Hebraïca diſceſſiſſe.

Quod ſi verum eſt, illorum interpretationem oportet vetuſtate eſſe corruptam, vt omnino crediderim. Non enim probabile eſt tot tantoſq; viros tam fædè multis in locis 22. librorum deerraſſe ab Hebraïcis voluminibus atque adeò vero literæ ſenſu.

Hieronymus in quadam epiſtola ad Auguſtinum, quæ eſt inter ipſius Aug. epiſtolas vndecima, narrat Origenem eos,

nem eos,dum emendare optaret corrupiſſe,& alibi ante Origenem, quot eſſent codices, tantam fuiſſe diuerſitatem exemplariū, quæ vel ad ſua vſq; tempora perdurarit & ſua incude eguerit, aſteriſcis & virgulis prænotatis.

Vnde factum,vt multi alii quondam de integro vertendi laborē ſuſceperint, Aquila Iudæus tempore Adriani Cæſaris, deinde Theodotion Imperatore Commodo,tum Symmachus ſub Seuero, poſtea quintæ æditionis Hieroſolymis inuentæ,demum ſextæ auctores incerti.

Ex quibus omnibus ſua Hexapla cōflauit Origenes.Ea enim ſic appellauit,q.ſextuplicia propter ſex interpretationes in vnum volumen coactas, non à numero columnarum, quas octo fuiſſe conſtat, vt duæ caperent contextum Hebræum, Hebræis & Græcis caracteribus,inſtar octapli Pſalterii Epiſcopi Nebiēſis.Præterea correxit id eſt,corrupit,vt Hiero.interpretatur,verſionem 70.quæ deinde ſola videtur obtinuiſſe in Græca Eccleſia.Epiphanius hæreſi 64.contra Origenianos.

Vtvt ſit, non ſine Dei erga Gentes, quas in ſuam Eccleſiam colligere paulo pòſt cupiebat mirabili prouidētia,qualiſcunque ſeruata eſt,cum reliqua bibliotheca bello Alexandrino, quod Iulius Cæſar geſſit contra Ptolomæum,vt Cleopatram ab ipſo pulſam reſtitueret,flammis concremata ſit.

Nec minore erga ſuos beneuolentia Deus de Hieronymo poſteà Eccleſię prouidit.Is enim non modò veteres æditiones, vt potuit emendauit,ſed etiam ſeptimam, quæ mox à Sophronio Græco ſermone donata eſt,vt pleraque alia tanti viri opera,de ipſo Hebraïco multò incorruptius tranſtulit.

Ea eſt,qua nunc ſtudio Damaſi & ſequentium Pontificum vtimur in Eccleſia,quámque ęditionem vulgatam nominamus, vt probat Eugubinus præfatione in ſuos ad Moſem commentarios,vbi rectè excipit interpretationem Pſalmorum,quæ non potuit recipi,quod iam Veteris cantus in templis tritus eſſet. Hieronymiana tamen ſupereſt inter eius opera.Hebræi quoque,inter quos R.Ioſeph Albo, R.Selomo,R.Dauid, Elias Leuita, noſtræ vulgatæ æditionis interpretem Hieronymum agnoſcunt,& frequenter non ſine honoris titulo & præfatione citant,vt alibi docuimus.

Eleazarus Iudæorum Pontifex.Berechia Dux.Antiochus Theos Rex Syriæ,Antiochiam condit.

Præter viginti duos libros ſacros, alii ſeptuaginta duo apocryphi in AEgyptum delati ſunt, auctore Epiphanio in libro de menſuris,& ponderibus ſcripturæ.Vnde fortaſſis libri Tobiæ,Baruch,Iudith,& ſimiles,qui in noſtris Bibliis Græcis & Latinis hodie reperiuntur, ad nos peruenerunt. Alioqui enim apud recentes Hebræos aut non extant,aut certè non ſunt Authentici.Quoniam eorum Canon iam erat conditus ab illa magna Synodo, cuius ſcriba erat Ezras,vt ſupra docui, & prætereà docent Heb.Tract. de votis in Tal. & R. Moſe de kothſis præf.in Sepher Mizuoth.

Ieſus filius Syrach auctor Eccleſiaſtici fuiſſe fertur vnus è ſeptuaginta duobus interpretibus, ad Simonem Iuſtum,qui Manaſſæ ſucceſſit,peruenit:Nam eius in libro ſuo fecit mentionem.

Tempore Ariſtotelis dubitabatur nūm Africa ambiretur mari, donec quidam Eudoxus iram Ptolomæi fugiens à mari rubro peruenit nauigatione ad fretum Gaditanum, auctore Mela.

Ariſteas Philadelphi cubicularius ſcribit hiſtoriā de 72.interpretibus.

Romæ bellum Punicum primum. Regulus.

Demetrius Phalereus Regius Bibliothecarius.

Chryſippus, Carneades, Lycophron, è cuius tragœdiis vnica extat Caſſandra,Philadelpho charus, non tam propter poëſim quàm ob Anagrammatiſmos.

x Poſt Phalereū Bibliothecę præfuit Callimachus.Octingētos libros ſcripſiſſe fertur.Soli autē hymni ſuperſūt.

Coætaneos ſex alios poëtas habuit,qui omnes à pleiadum numero pleiades dicebantur:Lycophronem, Aratum,Theocritum,Nicandrum,Philicum,Homerum Iuniorem. Vide Tzetzem Lycophronis interpretem.

Abhinc ſerio AEgyptus Philoſophari Græcè, & Græcas ſcholas inſtituere: quin etiam per totum Orientem Græcus ſermo vigere cœpit. Hierony.in proœmio lib. 2.commentariorum ad Galatas.

Imò verò per Occidentem, ita vt cum Græcorum imperio eorum quoque diſciplinæ, leges & ſermo in mundo,vt fit,propagata ſint,ſicuti attingit Cicero pro Archia.Nam etiam noſtri Galli linguam Græcam coluerunt, Druidis & Senmothæis ( voces ſunt Græce Originis ) apud ſe inſtitutis qui rebus diuinis intereſſent, ſacra. priuata & publica procurarent,religiones interpretarentur iuuentutem erudirent,de controuerſiis publicis priuatiſque reſponderent, præmiis pœniſque impoſitis.Cæſar lib.6.de bello Gallico.

Eidyllia Theocritus, Aratus ſcribit Phænomena, Nicander Theriaca & Alexipharmaca.

Vſus papyri, qua abūdant Nilus & mare AEgyptium rubrum,ſiue chartæ iunceæ inuentus eſt, cum ab Attalo rege Pergami membranas Philadelphus obtinere ad parandam librorum tantam ſupellectilem, non potuiſſet. Antea ſcribebatur in libris ſiue corticibus arborum.

Hui⁹ autem æmulatione Attalus inſiguem quidē, ſed tamē multò inferiorem bibliothecam parat viris doctis, qualeſ plurimos iſtud æuū ferebat, è Græcia cōquiſitis.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| y Sapientia Salomonis ſub hoc tempus videtur aut condita,aut in Græcum verſa.<br>Simon Iuſtus Iudæorum Pontifex.<br>Ieſus Sirach Nepos ſuperioris Eccleſiaſticum, quem librum Hebraïcè ſub titulo prouerbiorum, Miſlé,auus conſcripſerat,in Græcū vertit.Viuebat enim ſub Ptolomæo Euergete,vt ipſemet in prolog.Eccleſiaſt.teſtatur.<br>Romanis bellum Punicum ſecundum.<br>Scipiones, Fabius Maximus, Marcellus, Liuius primus poëtarum Latinorum.<br>Hannibal vincitur à Scipione Africano maiore.<br>Eratoſtenes Grammaticus.<br>Apollonius Rhodius, qui ſcripſit Argonautica. Callimachi diſcipulus. Poſt præceptorem præfectus fuit Bibliothecæ. | *In prolo. eccleſiaſtic.* | y | Ptolomæus Euergetes an. 26. | *Anni mūdi.* 3864. | *Anni ante Chriſtū natū.* 225 |

z Hic

| | | Anni mundi. | Anni ante Christ. natum. |
|---|---|---|---|
| Mach. 3.lib. | z Ptolomæus Philopator. an, 16. | 3890. | 199. |
| 1.Mach. 10.&11. | a Ptolomæus Epiphanes an. 24. | 3906. | 183. |
| 2.Mach. 10. | b Ptolomæus Philometor an. 25. | 3930. | 159. |
| 1.Mac. 15. | c Ptolomæus Euergetes ſecundus an. 20. | 3955. | 134. |
| | d Ptolomæus Phiſcon. an. 17. | 3975. | 114. |
| | Ptolomæus Alexãder cum matre Cleopatra an. 10. | 3992. | 97. |
| | e Ptolomæus Lathyrus an. 8. | 4002. | 87 |
| | f Ptolomæus Auletes an. 30. | 4010. | 79. |
| | g Cleopatra Antonij an. 20. | 4040. | 49. |
| | *Summa* 270 | 4060. | |
| | h Deuicto Antonio Auguſt. ſolus ad Chriſti vſque natalem imperium tenuit. an. 29. | 4060. | 29 |
| | i Poſt Chriſtum adhuc imperat an. 14. | 4089. | 0 |
| | Chriſtus mortuus eſt Tyberij an. 18. | 4103. | 15. |
| | *Summa* 61. | 4121. | 33. |

z Hic indigna multa commiſit in religionẽ.3.Mach. Patrem, matrem, ſororem coniugémque extinxit. Romanis bellum Macedonicũ cum Philippo rege, & Aſiaticũ, cum Antiocho magno, & Hannibale profugo.

a Cato Maior. Ennius, Næuius, Plautus. Panetius.

b Philometor ſub tutela populi Romani cõtra impium Antiochũ Epiphanem, qui eius regno prætextu cõſanguinitatis (erat enim ex matre auunculus) inſidiabatur.

Philometoris hortatu Ariſtobulus inſignis Hebræorum philoſophus in Moſem commentarios ędit.

c R. Iodam. R. Ibba. R. Iohai.

Perſeus ab AEmilio vincitur, & Macedonia vertitur in populi Romani prouinciam.

Tertium bellum Punicum, Achaicum, Numãtinum.

Quis tum Romanæ Reipub. ſtatus eſſet, egregiè deſcribitur 1.Macha.8.

Scipio minor, Lælius, Terentius.

d Romæ bellum ſeruile. Leges Gracchorum agrariæ.

Iaſon Cyreneus quinq; libros ſcribit de rebus Maccab. quorum Epitome eſt noſter ſecundus 2.Maccab.2.

e Bellum Iugurtinum. & ſociale.

R. Simeon Ben Iohai auctor libri Zoar.

f Bellum Cimbricũ, Mitridaticum, Ciuile inter Marium & Syllam. Lucullus, Craſſus, Antonius, oratores clariſſimi. Lucretius poëta Epicureorum.

Hæc ætas multos habuit Epicureos vt Atticũ, Velleium & c.

g R. Nehemias ben Haccana auctor Epiſtolæ ſecretorum, in qua dicebat ſe tantùm diſtare 50. annis à Chriſti ortu.

Auletes per Gabinium reſtituitur.

Pompeius ſuperat Hieram, Sertorium, piratas, Tigranem, Mitridatem. & c.

M. Varro Helluo librorum & literatorũ doctiſſimus, quadringentos & nonaginta libros ſcripſit. Gell.lib.3. Vetus paræmia fuit, eum tot tantáque ſcripſiſſe vt nihil videatur potuiſſe legere: tantum è conuerſo legiſſe, vt videretur nihil potuiſſe ſcribere.

Catilinæ coniuratio. Cicero exulat.

h Cæſar nouem annis ſubigit Gallias, in quibus, vt ipſe de ſe ſcribit, & Eutropius repetit, ter fuit victus: ſemel in Aruernia præſens ad Gergouiam, metropolim regni, quod perdiu Aruerni tenuerant, in Aquitaniam & partem Celticæ: bis in Germania abſens.

Annis quinque poſt victum Pompeium imperat.

AEgypti regnum, cæſo Ptolomæo (qui Pompeinm ad ſe confugientem ſecuri proditoriè percuſſit) Cleopatræ ſorori eius, amaſiæ ſuæ reſtituit.

Deuictis in Africa Pompei partibus Romam reuerſus à Bruto & Caſſio & reliquis coniuratoribus 23. vulneribus in Senatu confoditur.

Apollonius Rhodius Philoſophus Rhodi docet. Illic autem literarum gymnaſium erat celeberrimum.

Craſſus mactatur à Parthis.

Catullus, Diodorus Siculus, Saluſtius.

Virgilius naſcitur.

Seneca duodecimũ annum attingit, antequam proſcribatur Cicero.

Hortẽſius, Trebatius Iuriſcõſultus, Cratippus ſtoicus.

Soſigenes Mathematicus, cuius conſilio Iulius Cæſar faſtos, ſiue Calendarium Numæ Pompili, qui Lunaribus menſibus annos diſtinxerat, corrigit & ad curſum ſolis reuocat, ſolares menſes in faſtis reponens.

i Dioſcorides. Strabo.

Dionyſius auctor libri de ſitu orbis poëta Geographus.

Horatius, Propertius, Tibullus, Vitruuius.

Hortenſia Hortenſii filia, luculentam orationem ad Auguſtum habuit.

Meſſala Coruinus orator haud vulgaris, morbo rerũ omnium memoriam, ſui etiam nominis amittit.

Ouidius ad Gætas in exilium ablegatur.

a Hebræi ſuis nimium addicti traditionibus, aliter numerum annorum notant. Nonnihil etiam indulgent odio, quo Chriſtianos hebdomadas Danielis ad IESVM CHRISTVM pertinere demonſtrantes inſequuntur.]

Illarum enim ſeptuageſimam in diem, quo à Tito Cæſare euerſum eſt templum, cadere aſſeuerant, & CHRISTVM, quem Daniel predicebat poſt 69. Hebdomadas occidendum, Agrippam Herodianorum poſtremum interpretantur.

Quare vt hoc doceãt plurimos annos (quos ex aliis hiſtoricis reſtituimus) ab imperiis Perſarum, Græcorũ, & Macchabæorum nobis aſtutè ſurripiunt.

b Sic Græci & Latini veteres ob corrupta ſeptuaginta interpretum exemplaria. Excipio Hieronymum & Bedam, qui ob veritatis Hebraïcæ peritiam, parum abſunt à vero calculo. Recentiores minimò differunt, cuius rei ratio mox explicabitur.

*Annos ab orbe cõdito uariè ſupputant.*

| | | |
|---|---|---|
| a Hebræi. | *Baal ſéder holema, à mũdi procreatione ad euerſionem templi ſub Veſpaſiano tantum numerat annos 3558. id eſt, ad Chriſtum 3516.* | |
| | *Talmudici ab orbe ad Chriſtum an.* | *3784.* |
| | *Rabbini recẽtiores an. 3760. menſes 4.* | |
| | *Rabbi Nahſſon. in lib. de cyclo Paſcha. 3740.* | |
| | *Rabbi Leui 3786. in 12. Danielis.* | |
| | *Rabbi Moſes Gerunduſi 4058. Menſ. 5.* | |
| | *Ioſephus 4192. menſes 6. dies 10.* | |
| b Græci. | *Metheodorus* | 5000. |
| | *Euſebius.* | 5190. |
| | *Theophilus Antiochenus ad Autolichum.* | 5476. |
| b Latini. | *Hieronymus in Quæſt. Heb.* | 3941. |
| | *Auguſtinus* | 5351. |
| | *Iſidorus 5. Ethymologiarum* | 5210. |
| | *Oroſius Euſebium ſequitur.* | |
| | *Beda cap. 22. lib. de rat. temporum.* | 3952 |
| | *Aſtronomi* | 5328. |
| | *Alphonſum* | 5984. |
| c Recentiores. | *Aliqui, 3974. men. 6. dies 10.* | |
| | *Alij,* | 3954. |
| | *Nonnulli,* | 3960. |
| | *Quidam,* | 3969. |

Falſi autem ſunt 70. quòd 5. cap. Geneſeos pro centũ, ducentos ſemper habeant, atq; ita redũdent mille ducentis 49. annis. Hiero. in quæſtion. Hebr.

Prætereà veteres labũtur, quia annos Hebræorũ ſupputarunt quaſi lunares, vt Iulius Africanus lib. 5. de ratione temporum, Hippolytus martyr in temporum canonibus, Euſeb. lib. 8. de Demõſt. Hieronymus in 9. cap. Dan. Auguſt. epiſt. 78. Beda in com. 2. lib. Ezr. cap. 16.

Noſter calculus qui eſt ann. 4121. menſes 6. dierum 16 hos ſuperat vno centenario & paucis aliquot, quoniam (vti antea dictum eſt) ſimpliciter accipimus locũ Exodi cap. 12. quo dicitur Iacobæos in AEgypto manſiſſe 430. ann.

c Rurſus cauſa cõtrouerſiæ, quæ inter Hebræos, Nos, & recẽtiores Latinos cernitur, pendet ex 70. annis captiuitatis Babylonicæ & Hebdomadis 69. Danielis, dum alii aliunde illas incipere cogũtur, quòd ſecuti vitioſas diſcrepanteſque Græcorum & Latinorum hiſtorias, 200. & amplius annos, falsò, vt ſupra docuimus, imperio Perſarum tribuãt. Hoc enim conſtituto, compellũtur multò poſt Cyrum Hedomadas auſpicari, vt illæ præfinitè cadant in necem Chriſti.

Ob eas igitur cauſas tot ferè inuenies de annis mũdi ſententias quot ſunt ſcriptores. Sed comparanti loca ſcripturarum, quæ annotauimus, ſpero noſtram habitum iri omnium ſimpliciſſimam, & maximè ſemotam ἀπο τῶν ἐρίδων καὶ μαχῶν νομικῶν.

Etſi vero menſes ſcripturę Lunares ſunt, eius tamen anni in Solaribus haberi debent. Nam etiamnũ hodie Hebræi, tertio quoque anno, vt ratio Lunæ, motui Solis reſpõdeat, vnam Lunam, ſiue Lunarem menſem, intercalant, illumque annum menſium tredecim, extremo (quem Adar nominãt & in noſtrum Februarium ferè incurrit) cum hac copula, *Veadar*, repetito faciunt. Quamquam etiam primus poteſt repeti, vt menſis intercalaris ſit *Veniſan*, qui & Martius. Ita enim ſolebant veteres dicere, vt Talmuditæ narrant.

Quod à patribus acceptum eſſe, ſatis ex Noe hiſtoria intelligitur. Vbi enim traditum eſt Noe integrum annum egiſſe in arca, menſibus duodecim Lunaribus, adduntur reliqui dies qui vocantur ἔπακτοι. *Ingreſſus eſt* (*inquit*) *Noe in arcam menſe ſecundo, die decimoſeptimo.* Deinde vbi nominatim facta eſſet mentio ſeptimi menſis & poſtea decimi, & poſt hunc dierum quadraginta & amplius, ac denique primi menſis. *Egreditur* (*ait*) *ex arca rurſus menſe ſecundo, die vigeſimo ſeptimo.* Interea igitur exacti ſunt menſes duodecim & accedunt dies decem, qui ter ſumpti, menſem integrum, id eſt, decimum tertium anno tertio reddunt. Quemadmodum nos ſolemus quarto quoque anno inſerere vnũ diem ad ſextũ Calendas Martii, quem ob id biſſextum appellamus.

Sed hac de re ſcribentem in Geneſ. primum caput Iunilium Epiſcopum Africanũ audi. Luna cùm duodecies ſpatia ſui curſus peregerit, annũ facit communem dierũ 354. & vt anno Solari poſſit concordare circuitus, tertio quoque vel ſecundo anno, tertiumdecimum addit menſem, quem Emboliſmum vocant noſtri calculatores, & fit dierum trecentorum octoginta & quatuor. Atque hæc quidem ille præclarè.

Etenim, niſi hæc fieret intercalatio, cùm per legem debeant 14. die menſis Niſan feſtum paſchæ celebrare, neceſſe eſſet vt ſequenti anno diebus vndecim, paſcha ipſum anteuerterent, Tertio anno aliis vndecim, atque ita retrorſum verſus, quo vſque in Auguſto vel Septembri celebrarent. Falſi igitur ſunt Iulius Africanus, Euſebius Cæſarienſis, Auguſt. epiſtola 78. & plerique veterum, qui ex eo quòd menſes Hebræorum Lunares erant, exiſtimauerunt ipſorum quoque annos eſſe lunares, qui ſolaribus vndecim diebus contractiores ſunt.

CHRONOGRAPHIAE LIBRI PRIMI FINIS.

# SECVNDVS LIBER CHRONOGRAPHIAE, DE REBVS GESTIS A CHRISTO NATO AD NOSTRA VSQVE TEMPORA, ID EST, AD ANNVM M.D.LXVII.

*AR. PONTACO BVRDEgalenſi auctore.*



*PARISIIS.*

*1567.*

# R. D. ANTONIO PREVOT ARCHIEPISCOPO BVRDEGALENSI AR. PONTACVS BVRDEGALENSIS.

ALTER iam agitur annus & eo amplius (preſul ãpliſsime) quo temporũ ſeriem & hiſtorias à CHRISTO Seruatore ad noſtram vſque ætatem per Romanorum Pontificum catalogum in pauculis paginis breui quaſi tabella depinxeram, eo quidem primùm animo, vt legendis hiſtoriographorum monumentis meorum duntaxat ſtudiorum memoriæ conſulerem. Verũ poſtea, cùm à familiaribus, qua erant in me voluntatis propenſione rem nimis æſtimantibus, ad eorum æditionem excitatus eſſem, ea in tuo nomine emittere auſus ſum: non quòd te digna, ſed quia meliorem defenſorem Pontificum te Pontifice arbitrabar neminem. Neque ſanè mea falſus ſum expectatione. Tuis enim fœliciſſimis auſpiciis noſtra non paucis (ſiquidem omnibus placere perdifficile

Theogn. -οὐδὲ γὰρ ὁ ζεὺς

in ſenten. οὔθ' ὕων πάντας ἁνδάνει, οὔτ' ἀπέχων)

accepta ſic fuere, vt, eodem ipſo anno quo ędidimus, exẽplaria vniuerſa prorſum diuendita diſtractaque ſint. Itaque quadam erga te & ipſos animi ſignificatione, nolui vt iterum diuulgarentur, quin prius quaſi ſub incudem reuocata, magis elaborata, limatiora, multis denique locis locupletata prodirent. In ea etenim tanquam in aluearium repoſui, quæ ex diuerſis floſculis hiſtoricorum, cùm Eccleſiaſticorum, tùm ethnicorum, iſto biennio, prout à ſeriis & grauioribus ſtudiis vacabat, decerpſeram. Supereſt igitur vt hunc fœtum, olim quidem minus excultum, & fortaſſe ante tempus æditum, nunc vero auctoris ſui labore quodammodo efformatum, velut tuum agnoſcẽs, ab inuidia improborum, quibus, cùm ipſi nihil eniti poſsint, criminari promptius eſt quàm imitari, tua auctoritate, vitę ſanctimonia, doctrinaque tueare. Vale, Lutetiæ,

Non. Aprilis. 1567.

CHRO-

| Anni ab orbe condito. | An. à Chri. nato. | Num. Pontificum | SEPTIMA AETAS. | Annos. | Menses. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4088. | 1. | | a IESVS CHRIstus Pontifex Maximus, et AEternus, cuius hi principes miniſtri & vicarij fuerunt, vixit, Octauio Auguſto & Claud. Tiberio ex ordine ſucceſſionis Imperatoribus Romanis, annos | 32 | 3 | 10 |
| 4132. | 44 | 1 | b Martyr, PETRVS Bethſaidẽſis, Galilęus, primus Romanæ Eccleſię Pontifex, Claudio, & poſt eum Nerone Imp. Marcomiro, Clodomero, Antenore per ſucceſſionem Francorum Regibus. ſedit annos. | 24 | 5 | 12 |

a IESVS CHRIſtus ex tribu Iuda naſcitur in Bethleem Iudæ, 8. Calen. Ianua. media nocte, anno Imperii Auguſti 41. ferè completo, & 42. ineunte, vrbis 752. Coss. C. Cæſare Octauio, & M. Plautio Syluano, indictione 4. (aiunt Beda & Dionyſ.) an. 4. & vlti. Olympi. 194. & Clogii Sycambrorum ſeu orientaliũ in Germania Francorum Regis an. 10. Tritemius & Anſel.

Die natiuitatis CHRISTI mandauit Auguſtus, ne quis Dominum ſe vocaret, ſentiens, credo, verum orbis principem natũ fuiſſe. Dei enim cognomentum eſt. Oroſ. lib. 6. cap. 22.

PRIMVM in Chriſtianos bellum (vt Opta. lib. 3. loquitur) ſeu perſecutio mota eſt à ſcribis, in qua Stephanus moritur. Act. 6. Euſeb. lib. 2. cap. 1.

Tiberius Imp. tam erat digitis rigidis & articulatis, vt malũ recens terebraret. Suet.

Titus Liuius hiſtoriographꝰ obiit (Euſeb. in Chron.) Hiſtoriã annor. 746. ab vrbe condita ad 38. Auguſti .i. 4. ante Chriſtum complectitur.

Dionyſiꝰ Alicarnaſ. Diodorꝰ Sicul. Valerius Max. Strabo. Xiſtus Pitagoricus naſcitur.

Ouidiꝰ poëta, Feneſtella hiſtoricus obierunt. Euſebius in Cron.

Clemens de quo Philip. 4. primus ex Gentibus & Græcis in Chriſtum credidit, & fuit ex eius 70. diſcipulis. Doroth.

b Negare non potes, ſcire te in vrbe Roma Petro primo cathedram epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput. Optatus lib. 2. contra Parmenianum.

Simon Magus, primum baptiſatus à Philippo, inter aſias hæreſes negat liberum arbitrium. (Clem. recogn. lib 3.) fons, radix, atque pater omnium hæreticorum Romam venit ſub Claudio Iuſtin. in Apolog. Iren. lib. 1. cap. 19. & 20. & præfatio. lib. 3. Tertulia. lib. de hæreſ. Ioſep. lib. 20. cap. 19. Aiebat nos ſola fide iuſtificari. Iren. 1. cap. 20.

SECVNDVM bellum in Chriſtianos excitatur à Nerone, in eo Petrus & Paulus occubuerunt Romæ eodem anno & die: Philippus crucifigitur Hieropoli (Egeſip. 3. cap. 2. Euſeb. 2. cap. 25.) Tunc Chriſtiani miſeris mortibus inſontes conficiuntur. Tacit. lib. 15. Sueto. in Nero.

Iudęi à Claudio Roma pulſi ſunt. (Sueto.) Perſius, Syluius Italicus poëtæ, Seneca, Columella, Plinius Maior, Pomponius Mela, Latini & Ethnici ſcriptores florent.

Iacobus frater Domini, & Marcus Euangeliſta Alexandriæ ſiue Aquilegiæ (quæ ſecunda Roma quondam dicebatur) Epiſcopus, (qui ibidem rogãtibus Romanis ſuum Euangelium conſcripſit Græcè, ſiue etiam Latinè, vt volunt Rodulph. Armacanus lib. 9. de quæſtio. Voragenes ſerm. de S. Marco, & Syri vniuerſi, vt taceam eos qui Latinum archetypum adſeruari putant Venetiis in Martianis theſauris) an. Chriſti 63. martyrio coronantur.

| | Anni ab orbe condito. | Anni à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Annos. | Menſes. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c Huius meminit Paulus.2. Timot.vlti. Veſpaſiani an.2. ferè completo,8. Septéb. capitur Hieroſolyma per Titũ filiũ eius. Ioſeph.lib.7.de bel.Iud.cap.17 Tacit.lib.2. Niceph. in Chro. Plutarchus Cheronenſis, Quitilianus,Higinius, Lucanus, ſatis noti auctores. Tacit.lib.15.& Eutrop.lib.8. | 4158. | 70 | 2 | c M.LINVS Tuſcus, Galba, Othone, Vitellio, Veſpaſiano, & Tito ex ordine Impp. Rathero ſeu Chatero Fran.Reg.ſedit | 11 | 3 | 12 |
| d De quo Philip. 4. vt ſit ſummę impudétiæ contra omnem antiquitatem negare eum nunquam extitiſſe.Et errãt qui, decepti fortaſſe affinitate vocabuli, confundunt cũ Anacleto: quẽ ex Damaſ. & eius Decretal. certum eſt ſucceſiſſe Clementi. | 4169. | 81 | 3 | d M.CLETVS, ſeu Clytus, Romanus, Tito, & poſtea Domitiano Impp. Rathero Francorũ Reg.ſedit | 12 | 1 | 11 |
| Aſconius Pedianus, Flaui. Ioſephus & Ioſipp. filius Gorionis Iudæi hiſtorici. Ioſ. prolog.lib.debello Iudaïco. | | | | *Vacat ſedes Pontificia dies* | | | 20 |
| e Multa ſcripſit. EBIONITARVM & NICOLAITARVM hæreſes, variæque aliæ hæreticorũ turmæ.Iren.1.cap. 21.22.& ſeqq. Hilari. lib.1. de trinitate. TERTIVM bellũ auctore Domitiano. Euſeb.3.ca. 12.Eutrop.lib.9. Iuuenalis & Martialis poëtæ.Volater. Sextus Empiric⁹ philoſoph. | 4181. | 93 | 4 | e M.CLEMENS Romanus, Domitiano, Nerua, & Traiano ex ordine Impp.Richimero Fran. Rege ſedit | 9 | 6 | 7 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | | 13 |
| nep.Plutar.Statius.Trogus. f QVARTVM bellum motum per Traianum, & aliquandiu per Adrianum continuatum: in eo occubuerunt Romæ Anacletus & Ignatius Antiochenus.Plin.epiſt.lib2. Euſeb.3.cap.26.27.& 29.Oroſ. 7.cap.12. Vixit tunc Papias Hierapoleωs Epiſco. Plati.& Trith. Lucianus apoſtata & atheos. Plinius Iunior. | 4190. | 102 | 5 | f M.ANACLEtus (Anencletus Ireneo & Gręcis) Athenienſis, Traiano Imp.Richimero Francorũ Reg.ſedit | 9 | 2 | 10 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | | 13 |
| g Statuit, connubium eſſe inceſtum, quod ſacerdos non conſecraſſet,aut parẽtes non approbaſſent. tom.1.concil. Illud Sother iterum iuſſit ratum haberi. Plati. Philo Iudæus.Hiero.in catal. Iulius Celſus Iuriſconſultus. Agrippa Caſtor ſcriptor eccleſi.Euſeb.4.cap. 7. Solinus. Cornelius Tacitus hiſtoriam annor. 56. cõtinens, Suetonius an. 144. Lucius Florus.ipſe lib.1. | 4200. | 112 | 6 | g M.EVARIſtus, ſeu Euchariſt⁹, natione Græcus,patre Bethlehemita,vnde à quibuſdam Bethlehemites dicitur,eiſdẽ, & AElio Adriano Imp. ſedit | 9 | 10 | 2 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | | 19 |
| h Decreuit aquam miſceri in ſacramento altaris (iuxta apoſtolicam traditionem teſte Iuſt. Apolog.2. ad Anto. & Cypr.2.epiſt.3.)tom.1.con- | 4210. | 122 | 7 | h M.ALEXANder I. Romanus, AElio Adriano Imp.Odema- | | | |

cil.Pla-

| An. ab orb. cō dito. | Anni. à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | ro Francorum Reg. | 7 | 10 | 2 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 25 |
| 4217 | 129 | 8 | M. SIXTVS ſeu Ziſtus Romanus, AElio Adriano Imp. Odemaro Fran. Reg. | 10 | 3 | 21 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 2 |
| 4227 | 139 | 9 | M. THELEſphorus Anachoreta, Adriano, T. Aurelio Fuluio Antoni. Pio Impp. Marcomero 4. Francorum Rege. | 11 | 3 | 22 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 7 |
| 4238. | 150 | 10 | k M. HIGINVS Athenienſis, T. Aurelio Fuluio Antonino (ſeu Antonio) Pio, Marcome. Fran. Reg. | 4 | 3 | 4 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 4 |
| 4242 | 154 | 11 | l M. PIVS I. Aquileiēſis, Fuluio Antonino Pio Imp. Clodomero 4. Franco. Reg. | 9 | 4 | 3 |
| | | | *Vacat* | | | 4 |
| 4251 | 163 | 12 | m M. ANICEtus Syrus, Marco AElio Aurelio Antonino Vero philoſopho, cum fratre L. Cōmodo Vero Antonino Imp. Clodome. Fran. Reg. | 9 | 4 | 13 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 17 |

cil. Plati. Aquam luſtralē in templo & domibus priuatis ad fugandos dæmones ſeruari. Sigeb. in Chron. in Serg. 3. Cap. aquā de cōſecra. diſti. 3. & tomi 1. concil. De eius effectu Theodor. lib. 5. cap. 21. Niceph. lib. 12. cap. 27.

Vltimum excidium Iudæorum, quibus pulſis Hieroſolyma AElia dicta conceditur Chriſtianis. Euſeb. 4. cap. 5. Dion Caſsi. in Adria.

Adrianus ab Ariſtide, Quadrato, & Sereno Grannio perſuaſus, Chriſtianos perſequi deſiit. Euſ. lib. 4. cap. 3. 8. & 9. & in Chron. Iuſtin. in Apologet. Hiero. de viris illuſtrib. Cogitabat Chriſto templum facere eumq; inter deos referre. Lamprid. in Alexa.

i Quadrageſimæ ieiunium iam ab Apoſtolis traditum (Ignati. epiſt. 4. ad Philip. & veteres omnes) obſeruari iubet. Plati. tom. 1. concil. Cap. ſtatuimus diſti. 5. Proparentes baptiſmi inſtituit.

Baſilides Alexandrinus Gnoſticorum hæreſiarcha (qui multa deliramēta de Chriſti natiuitate cōmentabatur) Saturninus, Carpocrates (qui dicebat ſolam fidē iuſtificare Iren. 1. cap. 24.) hæretici. Tertuli. de hæreſ. Iren. lib. 1. cap. 22. Euſeb. lib. 4. cap. 7. Epiph. hær. 29. Euſeb. in Chron.

Aquila (quem quidā ex vicinitate Hebr. nominis eundem eſſe putant cum Onkelos Chaldæo illo interprete Pentatheuci) ex Chriſtianiſmo recedens circūciditur, & Sacra Biblia ex Hebræo in Græcum cōuertit. Epipha. lib. de menſur. & pond. E conuerſo Hiero. in epiſto. ad Pamachium, Chriſtianū effectum ex Iudæo ſcribit.

Arianus Nicomedienſis, Maximus Tyrius, philoſophi & præceptores Antonini Pii Imp. Ptolemæus Alexandrinus mathematicus, Phauorinus philoſophus, Aulus Gellius, Euſtathius, Epictetus, Oppianus poëta. Eutrop. lib. 10. Caſsiod. & Suid.

k Diuulgantur hæreſes Valentini & Cerdonis (cuius fuit diſcipulus Martion) ac Valentinus veniens Romam vixit vſque ad Anicetum. Iren. lib. 3. ca. 4. Euſeb. lib. 4. ca. 11.

Galenus Pergamenus medicus, Eutrop. lib. 10. Euſeb. in Chron. Iuſtinus Trogi Pompei epitomiſta. Pauſanias Cæſarien. L. Apuleius Madaurenſis, magus & philoſophus Platonicus.

l Reſurrectionem Domini die dominica celebrari iuſsit. Euſeb. in Chron.

Marcus decimus quartus, at primus ex gentibus, Hieroſolymorum epiſcopus. Euſeb. lib. 4. cap. 6.

Martion Pōticus & Gnoſtici ſuum virus dilatant Iren. lib. 3. cap. 4.

Rabbi Hakadoſch ſummi apud Hebręos nominis. Lib. ſeder olam. Scripſit ad Antoninum Higeret Haſodot .i. epiſtolam myſteriorum.

m QVINTVM bellum ſeu perſecutio Chriſtianorum in Aſia & Galliis, per M. Antonium & L. Cōmodum Ver. Impp. tūc martyrium paſsi ſunt Polycarpus Ioha. diſcipulus & Smyrnenſis epiſcopus, an. ætatis 80. Iuſtinus, Apollonius Senator, & Fotinus primus Lugdunenſis epiſcopus Euſeb. 4. ca. 13. &

13.& lib.5.cap.1.Grego. Turon.lib.1.cap.29.

Hic PP.Clericos comam & barbam radere in ſignum Clericatus iuſſit.ca. prohibete diſti.24.Plati.Polyd.Virgil. lib. 4. cap. 8. de rerum inuento. Nauclerus tale inſtitutum tribuit Anacleto.

Egeſippus hiſtoricus, Theophilus Antiochenus, Modeſtus, Melito, Apollinaris, qui fuit hereſeωs Chiliaſtarum & ſcripſit cõtra Montanos, doctores eccleſiaſtici. Euſeb.lib. 4.cap.7.Niceph.lib.4.cap.9.10.& 11.

Tum primum Romanum imperium duos tulit æquo iure Imperantes, cum antea ſingulos ſemper habuiſſet Auguſtos. Eutrop. lib.8.Iul. Capitol. in M.Anton. Oroſ.lib.7. cap.18.

Ptolemęus, Secundus, Heracleon, Colarbaſus, Marcus Valentiniani, Lucanus Martionis hæreſes reſuſcitãt.Iren.lib.1.Auguſt.de hæreſ.Epipha.hereſ.32.& ſeqq.

Apollonius Stoicus, Baſilides Syropolitanus philoſophi Veri Imp.pręceptores, Appianus Alexandrinus hiſtoricus. Athenæus. Macrobius. Athenagoras philoſophus Chriſtianus.

n Prima Chriſtianorũ ſchola auctore Pãtæno apud Alexandriam Theologiam docente. Euſeb.lib.5.ca.10.Hiero.in catal. Ad eius inſtar inſtitutę cenſentur eccleſiæ collegiatæ.

Ireneus Lugdunenſis Epiſcopus Fotini ſucceſſor. Euſeb.lib.5.cap.6.& ipſe lib.3.cap. 3. Dionyſius Corinthius, Melito. Hiero.in catalog.Euſeb.lib.2.cap.22.

Theodotion Ponticus (ſiue Epheſinus vt ait Trithem.) primo Marcioniſta, demũ circuncıſione Iudæus factus, vniuerſa Biblia ſacra ex Hebræo in Græcum tranſtulit. Epipha.lib.de mẽſur.& ponder. Quidam ex nominis ſignificationę eũdem putant cum Ionathan Chaldæo paraphraſte.

Voluſius, Metianus, Saluianus, Iulianus, Sceuola, Iuriſconſulti. Iul. Pollux. Aphthonius. Philoſtratus.

Lucius Rex Britanniæ inſulæ primus omnium regum, predicationibus Fugatii & Damiani fidem Chriſti amplectitur. Naucl. & Polyd.lib.2. de Angli.rebus. Inde Britannia omnium regionum prima publicè fidẽ Chriſtianã profitetur ad Diocletianũ Imp. vſque, ſub quo omni ferè religione extincta, ad idololatriam rediit.

Montanus & Apelles (quem Theodotion nominat maximum hæreticorum) cum Priſcilla & Maximilla Cathaphrygarum hæreſim ſpargunt, Negantes Chriſtum verum hominem. Euſeb.5.cap.15. & 18. Auguſti. in catal. hær. Epipha.in panario.

Hæreſis Eucratitarum .i. continentium, prohibentium nubere, iubentium abſtinere à carnibus & viuo, Tatiano, & Seuero auctoribus. de quibus intelligendum eſt cap. 4. Tomo.1. Euſeb. lib.4.cap.26. Epipha.hær. 45. Hiero.in Amos.

o Prima inter eccleſiam Romanã & Aſianam diſſenſio atrox, propter diẽ Paſchatis, & ieiunii, ac Aſiam tanquã hæretica à corpore vnitatis ſciſſa eſt. Euſeb.5.cap.23.&24.

| An.ab orb.cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4260 | 172 | 13 | M.(SOTHERIcus Nicephoro) Fundanus, Campanus, ſolo M.AElio Aurel. Antonino, Faraberto Fran. Reg. ſedit. | 9 | 3 | 21 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 21 |
| 4269 | 181 | 14 | n M.ELEVTHERIUS Nicopolitanus Græcus, M. AElio Aurel. Antonino cũ fil. L. Antonino Cõmodo 2. poſtea ſolo Commodo Imp. Faraber.Fran.Reg. | 15 | 3 | 2 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 5 |
| 4284 | 196 | 15 | o M.VICTOR I. Apher, ſolo Commodo, P.AElio Pertinace Did. Iuliano, L. Septi.Seuero, ex ordi. ſucceſſio.Impp. Sunno Fran. Reg. | 10 | 3 | 10 |
| | | | *Vacat ſedes.* | | | 12 |

*PRIMVM poſt Apoſtolorum tempora concilium Cæſarienſe in Paleſtina de die Paſchatis. Euſeb.5.cap.22.*

| An. ab vrb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4294 | 206 | 16 | p M.ZEPHERINUS (ſiue Seuerinus) Romanus. L. Septi. Seuero cum fil. Aurelio Baſſiano Antonino Caracalla Imp. Sunno Fran. Reg. | 7 | 7 | 10 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |
| 4302 | 214 | 17 | q M.CALIXTUS I. Aurelio M. Baſſiano Antonino Caracalla, poſt eũ Opilio Macrino Impp. Hilderico Frãc. Reg. ſed. | 6 | 1 | 10 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |
| 4308 | 220 | 18 | M.VRBANVS I. Romanus, M. Antonino Heliogab. Imp. & Hilderico Franco. Reg. | 4 | 10 | 12 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 1 | |
| 4312 | 224 | 19 | r M.PONTIANUS Roman⁹, Aurel. Alexand. Seuero fil. Mammeæ Imp. Hilderico Fran. Reg. | 9 | 5 | 2 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 10 |
| 4322 | 234 | 20 | s M.ANTERVS Græcus, Seuero & poſtea Iul. Maximino, ſeu Maximiano, cum filio Impp. Hilderico Fran. Reg. | 5 | 1 | 12 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 13 |
| | | | CONCILIVM *Chartaginenſe I. circa hæc tempora, de baptiſmo hæreticorum. Cypr. epiſt. ad Iubaïanum. Auguſti. lib. 4. de baptiſm. cap. 6.* | | | |
| 4327 | 239 | 21 | t M.FABIANVS (see below) | | | |

p SEXTVM bellum per Seuerum & Aurelium eius fil. in quo patiuntur Leonides Orig. pater, Calixtus PP. & pleriq; alii. Euſeb. lib. 6. cap. 1. Oroſ. 7. cap. 17.

Hyppolitus, Caïus, Clemẽs Alexãdrinus Pantæni diſcipulus, Ammonius philoſophus verè Chriſtianus, Victor Capuanus, Euſeb. lib. 6. cap. 2. 10. 14. 15 & 16. Niceph. lib. 4. cap. 12.

Papinianus Aſylum iuris, Caſſius, & Marcellus Iuriſconſulti, Velleius Paterculus hiſtoricus.

q Primus Eccleſiam in honorem B. Virginis edificauit in Tranſtyberina regione. Polyd. lib. 5. cap. 6. & lib. 8. cap. 1.

Ieiunia quatuor temporum in quibus ordines ſacri conferrẽtur inſtituit, cum antea in anno ſemel tantum, id eſt, mẽſe Decembri clerici promouerentur. Plati. Polyd.

Tertullianus D. Cypriano Latinorũ ſcriptorum princeps. Niceph. 4. cap. 12. Iorna. de temp.

Symmach⁹, ex Samaritano Iudæus & Ebioneus, Sacra Biblia in Græcum trãſtulit. Epipha. lib. de mẽſur. & põd. Euſ. lib. 6 cap. 13.

r Huic theſauros ſuos legaſſe ferunt Alexand. Seuerũ, qui ita piè ſentiit de Chriſto, vt eum inter Deos referret, ac templum ei conſecrare ſtatueret. Lamprid. in eius vita.

Vlpianus, Pomponius, Gordianus, Sabinus, Hermogenes, Aphricanus, Modeſtinus, Celſus, inſignes iuriſconſulti quondam auditores Papiniani, Alexander Aphrodiſeus philoſophus, Spartia.

Dion Caſſius Nicæus, hiſtoriam annor. 981. ab vrbe ad Chriſti 231. contexuit.

s SEPTIMVM bellum in Chriſtianos per Maximinũ, cuius cum Imperio cœpit & deſiit. Euſeb. lib. 6. cap. 19. Oroſ. lib. 7. cap. 19. Iul. Capitolin.

Quidam inter hunc & Pontianum, Alii ante Fabianum nominant Cyriacum quendam, quem fabulãtur propterea inter Pontifices non adnumerari, quòd contra clericorum voluntatem ſe epiſcopio abdicaſſet, vt cum 11. millibus Virginũ peregrinaretur.

Iulius Aphricanus hiſtoricus. Euſeb. lib. 6. cap. 22.

t Philippus Arabs, primus Imperatorum Chriſtianus, baptiſatur ſimul cum fil. Euſeb. 6. cap. 24. Oroſ. 7. cap. 20. & Caſſiodor. Gazas Imperatorias tradidit Fabiano, qui idcirco à Decio Imperat. interfici iubetur. Io. le Maire tract. ſchiſm. Imperii Philip. anno 2. completus eſt annus 1000. Vrbis, quo ſeculares ludi celebrati ſunt. Pompon. Lætus.

OCTAVVM bellum ſeu perſecutio Chriſtianorũ à Decio religionis face ſæuiſſima in odiũ Philipporum excitatur, & durat vſque ad Galienum: obierunt Fabianus, Cornelius, Serapion, Macarius, Babylas, Theophilus Anthiochenus, Agatha, Saturninus Epiſcopus Tholoſæ ac infiniti alii to-

4327 239 21 t M.FABIANVS mirabili electione. Euſeb. 6. cap. 20. (Græcis Flauianus) Iul. Maximino, & poſt eum Pupieno, Balbino, & Gordiano Iuniore ſimul Impp. poſtea Philippo cum fil. Imp. & tandem Decio Imp. Hil-

 to or-

to orbe. Euſeb. 6. cap. 28. & 30. Eutrop. lib. 9. Hanc Opta. lib. 3. comparat Leoni Daniel. 7. Eam Deus vltus eſt peſtilentia per vniuerſum Imperium Roma. immiſſa. Eutrop. lib. 9. Cypri. lib. de mortalita.

Herodianus hiſtor. 60. annorũ cõſcripſit.

u Quæſtio inter Romanam & Aphricanam eccleſiam, num hæretici rebaptizandi eſſent. Euſeb. lib. 7. cap. 2. & ſeqq.

Gotthi ſiue Getæ prouincias Romanas ad Danubium tunc primò inuadunt.

x Moritur Origenes 70. æta. anno. Euſeb. 7. cap. 1, Sena millia librorum ſcripſit. Epiph. hæreſ. 64. Auctor fuit eccleſiarum, vt vocant, collegiatarum. Hiero.

y Primus veſtes ſacerdotales & tegumenta altarium inſtituit. Iſido. Inter Miſſarum ſolemnia occiditur. Platina.

Imperium Romanum tunc cadere cœpit exorientibus vbique tyrannis, quorum 30. Galienus partim occidit, partim debellauit: vnde quidam hìc conſtituunt Interregnum. Trebel. Pollio. Oroſ. 7. cap. 22.

Sabellii hæreſis oritur. Euſeb. 7. cap. 4. & 5. Hilar. lib. 6. de trinit. Baſil. contra Sabel. Epipha. in pana. Tamẽ Caluinus in Inſtitu. libro 1. cap. 13. ſect. 4. ſcribit eum poſt Arrium vixiſſe.

Floret impius ille philoſophus, nomine Malcus, cognomẽto Porphyrius, Plotini diſcipulus. Ipſe in vita Plotini, Euſeb. 6. ca. 14. Scripſit in Chriſtianos 14. libros. Suidas, & Hiero. in Daniel.

NONVM bellum in Chriſtianos per Valerianum Imp. Euſeb. 7. cap. 9. & ſeqq. Oroſ. 7. cap. 22. Pompon. Læt. in Valer. In eo Cyprianus trũcato capite, Sixtus PP. Hyppolitus, Laurentius diaconus & alii quamplures martyres occubuerũt. Euſeb. in Chro.

z Victorinus Pictauiẽſis, Phileas Thebaidæ, Archelaus Meſopotamiæ, Euſebius Laodicenſis Epiſcopi, & Melchior Antiochenus presbyter, contra hæreſes & in Sacra Biblia ſcribunt. Hiero. in Chro. Trith. de ſcript. eccleſiaſt.

a Huius origo ignoratur. Tunc obiit Dionyſius Alexand. Euſeb. 7. cap. 25. Floret Gregorius Neocæſarienſis Ponti Epiſcopus, à Latinis magnus, à Græcis mirabilis ſeu mirificus ob crebra miracula cognominatus, dictuſq; Theodoſius. Euſeb. 7. cap. 24. Plati.

Paul. Samoſatenus Artemonis & Ebionitarum hæreſim reſuſcitat, Chriſtum à Maria ortum docens. Euſ. 7. cap. 23. & lib. 5. cap. 27. Eam cum Arriana confundit Caluinus cõtra libel. de offi. pii viri.

Claudius Imp. 320000. Gotthos, Macedoniam, Illyricum, & Italiam vaſtantes occidit. Trebel. Pol. in Claud.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | derico Fran. Reg. | 13 | | 11 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |
| 4340 | 252 | 22 | u M. CORNELIUS Romanus, Decio Imp. & Barthero Frã. Reg. | 2 | 2 | 3 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 1 | 5 |
| | | | Schiſma primum. NOVATIANVS presbyter Romanus & hæreſiarcha ope Nouati preſbyteri Chartaginẽſis (quem Theodoretus lib. de fabul. hæreti. & ſæpe Epiph. Euſeb. ac plerique alii confundunt cum Nouatiano) creatur in Antipapam. Cypria. epiſt. ad Iubaianum & ad Pompo. Hiero. in catal. Cõtra eum acta ſunt duo Concilia, Romanũ epiſc. 60. cũ presbyteris totidem & plurimis diaconis. Plati. Euſeb. 6. cap. 32. & Chartaginenſe. Cypr. epiſt. ad Cornel. Negat requiri Oleum in cõfirmatione. Theod. de fab. hær. Reiicit ſatiſfactiones pro pœnis peccatorum. Cypri. lib. 4. epiſt. 2. | | | |
| | | | TRIA *Concilia celebrãtur Chartagini. Cypri. ad Iubaiã. Celeberrimũ fuit contra negantes infantes baptizandos ante 8. diem. Cypri. lib. 4. epiſt. 8. Auguſtin. epiſt. 48.* | | | |
| 4342 | 254 | 23 | x M. LVCIVS I. (*Lucianus Niceph.*) Romanus, Gallo Hoſtiliano cum fil. Voluſiano, vſq; ad Valerianum & Galie. Impp. Barthero Franc. Reg. | 3 | 3 | 3 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 1 | 5 |
| 4345 | 257 | 24 | y M· STEPHANUS I. Romanus P. Licinio Valeriano cũ fil. Cornel. Licinio Galieno Imp. & Barthero Franc. Reg. | 7 | 5 | 2 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 22 |
| 4352 | 264 | 25 | z M. SIXTVS II. Atheniẽſis philoſophus, eiſdẽ Impp. | 2 | 10 | 23 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 1 | 5 |
| 4355 | 267 | 26 | a M. DIONYſius primus ex monacho PP. ſolo Galieno (*qui aliquam pacem dedit Chriſtianis. Euſeb. 7. cap. 20.*) & poſt eum Flauio Claudio Imp. Barthero Francorum Reg. | 6 | 2 | 4 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | DVO *Concilia Antiochena contra Pa. Samoſatenũ, Euſeb. 7. cap. 23. & 25.* | | | |
| 4361 | 273 | 27 | b M. FOELIX I. Romanus, Aureliano Imp. Clodio II. Frã. Reg. | 4 | 3 | 15 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 5 |
| 4365 | 277 | 28 | c M. EVTHYchianus Lunẽſis Tuſcus, eiſdẽ Imperãtib. | 1 | 1 | 1 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 8 |
| 4366 | 278 | 29 | d M. CAIVS (*Optato. Gaïus*) Dalmatæus genere, Diocletiani Imp. Aureliano, Tacito, Florião, Probo, Caro cũ filiis Carino & Numeriano, Diocletia. ordine ſucceſſionis Impp. Clodio Franc. Reg. | 11 | 4 | 12 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 11 |
| 4377 | 289 | 30 | e M. MARCELlinus Roma. Diocletiano cũ M. Valerio Maximiano Hercul. Imp. Clod. Frã. Reg. | 6 | 2 | 16 |
| | | | *Vacat ſedes* | 7 | 5 | 25 |
| | | | DVO *Concilia, Sinueſanum in Campania epiſc.* 180. *ſiue* 190. *Ancyranum* (*Gratiano Anchyritanũ, aliis Anquiranum*) I. *cõfirmatum in Trullo cap.* 2. *Iſido. tom.* 1. *concil. Plati.* | | | |
| 4390 | 302 | 31 | f M. MARCELlus Romanus, Diocletiano in Ori. & Valer. Maximiano Herc. in Occid. Impp. Cõſtantio & Galerio Cęſaribus: Vuathero Fran. Rege. | 6 | 5 | 21 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 20 |
| | | | CONCILIVM *Cirtẽſe in Numidia, de abſoluendis reis proditorum gentilibus ss. librorum. Opta. lib.* 1. *Auguſtin. lib.* 3. *contra Creſco. cap.* 27. | | | |
| 4395 | 307 | 32 | g M. EVSEBIus Græcus, medicus | | | |

b DECIMVM bellum ſeu perſecutio per Aurelianum Imp. qui primus Imp. diadema capiti impoſuit. Vſperg. Euſ. 7. cap. 25.

Manicheorum hæreſis à Manete ſiue Manichæo Perſa ſumit originem. Euſeb. 7. cap. 26. Negabat liberum arbitriũ. Auguſt. lib. de libe. arbitrio. Rex Perſidis ei cutem detrahi iuſſit & ita interfici. Epiph. hær. 66. Aſſerebat, Baptiſmum in aqua nihil cuiquã ſalutis afferre. Auguſt. de hæreſ. cap. 46.

Cyrillus Antiochenus Epiſcopus. Dorotheus eunuchus doctus in Hebraicis & Græcis. Euſeb. in Chron. & hiſto. eccleſ. 7. cap. 27.

c Martyres Chriſti 300. ſuis manibus ſepeliuit. Plati. Suple. Chron.

Quidam inter hunc & Fœlicem numerãt Marcum confeſſorem, quem dicũt ſediſſe 8. an. M. 2. D. 10. quod ex veteribus hiſtoriis & ratione temporum conſiſtere nequit.

d Sacros ordines quatuor minores, duos maiores ante ſacerdotium inſtituiſſe fertur. Volaterr.

e Metu mortis coluit idola, ſed poſtea in Sinueſano concilio ſuum agnoſcens peccatum liberè martyrium paſſus eſt. Plati.

f Hunc omittunt Euſeb. in Chron. Theodor. & alii Græci, fortaſſe vicinitate nominum Marcelli & Marcellini decepti.

Lucinia virgo potentiſſima & diues admodum, illi omnia ſua bona legat. Polyd. 6. de inuent. cap. vlti.

Iulius Capitolinus, AElius Lampridius, Flau. Vopiſcus, Trebel. Pollio, hiſtorici Romani.

VNDECIMVM bellum omniũ grauiſſimũ à Diocletiano in Orie. & Maximiano in occid. excitatur, adeo ſæuum vt legio Chriſtianorum Thebanorum duce S. Mauritio à militibus Cæſarianis iugulata ſit, & 17. Chriſtia. millia intra 30. dies variis cruciatibus perierint. Euſeb. 8 cap. 1. & ſeqq. Oroſ. 7. cap. 25. Nocte Natalitiorũ Chriſti 20. millia Chriſtia. in templo comburuntur. Nicepho. 7 cap. 6. Durat an. 12. vſq, ad 7. an. Conſtan. Magni. Epiph. lib. de menſur. Propterea lues & fames maxima fuit p̄ vniuerſum orbem diuina vltione Euſeb. 9. cap. 8.

Martyrium patiuntur, Sebaſtianus, Vincentius, Chriſtophorus, Blaſius, Geruaſius, Protaſius, Coſmas, Damianus, Quintinus, Gorgonius, Agnes, Lucia, Pantaleon, Bonifacius, Methodius, Euphemia, Georgius, & Barbara aliique infiniti. Euſeb. lib. 8. cap. 14. Niceph. lib. 7. cap. 7. & ſeqq.

g Lignum crucis Dominicæ inuenitur & ab Helena matre Conſtãtini thecis argenteis exornatur. Rufin. 1. cap. 8. Hiſt. Trip. 2. ca. 18. Ambroſ. de obitu Theod. Eutrop. lib. 2. Paulin. epiſt. 2. Sulpit. lib. 2. Socrat. 1. cap. 17. Theod. 1. cap. 18. Sozom. 2. cap. 1. Euſeb. in Chron. Qui omnes ſummæ impudentiæ arguunt Magdeburgenſes Cen. 4. cap. 13. vbi talem inuentionem audent negare.

Vbi Diocletianus & Maximianus Herc. vel ob ætatis defectum, vel perturbatione animi, vno die, hic Mediolani, ille Nicomediç, vltro purpura depoſita imperio ſe abdicaſſent, Conſtantius & Galerius Impp. facti ita

ſti, ita imperium diuidunt, vt Conſtantius Galliæ, Hiſpaniæ, Aphricæ, Italiæ & occidenti præeſſet, Galerius Illyrico, Græciæ & Orienti. Poſtea Conſtātio Imperiū Aphricæ & Italiæ recuſanti, Galerius Seuerū fil. adopti. illis præfecit & Maximinum Orienti. Demū audita Seueri morte, collegam ſibi adiunxit Licinium. Euſeb. 8. cap. 15. & 16. Oroſ. lib. 7. cap. 25.

h DVODECIMVM bellum per Maximianum (quem multi cum Maximino cōfundunt) Imp. in Oriente: in quo occubuit Miltiades PP. & plerique alii. Euſeb. 8. cap. 17. Oroſ. 7, cap. 28.

i Huic & eius ſucceſſoribus Conſtantinus Imp. dono dedit Romam & omnia imperatoria indumenta ac ornamenta: vt manifeſtè probat Eugubinus duobus libris, & teſtatur Photius patriarcha Græcus tit. 8. Nomocanonis cap. 1. Reſpuit tamen diadema aureum ſibi à Conſta. oblatum. Sabel.

Conſtantinus Imp. fit Chriſtianus viſione igneæ crucis, cuius ſignum primus in militaria vexilla trāsformat & nūmos eo obſignari iuſſit, quod deinceps à Chriſtianis obſeruatum fuit. Euſeb. 9. cap. 9. Sozom. 1. cap 3. Diem Dominicam ex conſtitutione veteris eccleſiæ à iudiciis & laboribus ſanctam eſſe decreuit. L. omnes iudices, Co. de fer. Hiſto. trip. 1. cap. 9. Templa idolorum claudi mandauit. L. 1. de paga. Cod. Tradit Hieronymus ſenem eū, idq; ab Arrianis fuiſſe baptiſatū, ſed deceptus eſt vicinia nominis, & falſo rumore: ſibi enim in terræ angulo poſito (vt loquitur) multa ignota eſſe potuiſſe fatetur lib. de Vir. illuſtr. Itaque quod de Conſtantino filio dicebatur id traduxit ad patrē: ille enim in extrema ętate fuit rebaptiſatus, & vt ait Damaſ. ab Euſeb. Nicomedienſi Arriano. vide Theophan.

Athanaſius Alexandrinus, Hilarius Pictauiēſis, Epiſcopi. Arnobius presbyter præceptor Lactantii, Iuuēcus poëta Hiſpanus, Rufi. 1, cap. 19. & 20. Hieron. in Chron.

Donatus, à quo Donatiſtę ſiue Donatiani, Numida (Nam alius fuit Chartaginēſis 2. epiſcopus Donatiſtarum) ſuum virus dilatat, quod an. 305. cœperat excitare, occaſione ędicti Diocletiani de comburendis libris Chriſtianorum. Auguſti. lib. 3. contra Creſcon. cap. 27. & lib. 7. de baptiſ. cap. 7.

Clodomerus Fran. Rex an. 326. cœpit Turingiam, Galliam inuaſit, Sueuis iugum Rom. imperii depoſuit, cùm ſuperiores Reges Fran. Zelandiam, Holādiam, Sycambriam & Traiectū incoluiſſent. Ireni. lib. 3. exegeſeos Germa. cap. 76.

Hic PP. feſtum ad vincula Chriſti inſtituit rogatu Conſtantini. Polyd. 6. de inuēt. cap. 8.

Feſtum exaltationis crucis Hieroſolymis cœpit. Niceph. 8. cap. 29. Feſtum item inuentionis crucis. Nam quod lib. 1. cōcil. in epiſt. Euſebii, tribuit eius inſtitutionem Euſebio Papæ conſtare non poteſt.

Euſebius, ob arctā neceſſitudinē cum Pamphilo, cognomento Pamphili, Cæſarienſis Epiſcopus, annos 325. complexus, à Chriſto

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficū. | | Anni. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | eiſdem Impp. poſtea Conſtātio Chloro & poſt eum Conſtatino Mag. Occid. Maximiano Galerio Oriētis Impp. Vualtero Fran. Reg. | 4 | 1 | 3 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 1 |
| | | | CONCILIVM *Ancyranum 2. epiſ. 18. Celebratum quoque eſt conciliū Chartagin. epiſcop. 70. indignum quod referant Magdeburgēſes inter concilia eccleſiaſtica, & fingāt fuiſſe Chartaginenſe 1. cùm Auguſt. in Breuiculo, & Opta. lib. 1. illud iniuſtum & iniquum pronuncient.* | | | |
| 4399 | 311 | 33 | h M. MILTIAdes ſiue Melchiades Apher, Conſtantino Magno Occid. Maximiano Gale. cum Licinio Orie. Impp. & tyrānis Maxentio in Italia (quē vicit Conſtāt.) Maximino (quē duobus prælíis Licinius debellauit) in Orientis & AEgypti partibus: Degēberto ſeu Dagoberto Fran. Rege. | 4 | 7 | 9 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 17 |
| | | | CONCIL. *Neocæſarienſe, confirmatum in Trullo. Iſid. tom. 1. concil.* | | | |
| 4403 | 315 | 34 | i *Sanctus* SYLVESter I. Romanus, Conſtantino Magno Occid. & Licinio Orie. poſtea ſolo Conſtantino Imp. Degemberto, Clodio II. & Clodomero Fran. Regg. | 23 | 10 | 11 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 15 |

ad Con

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficum | | Ann | Menſ. | Dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4416 | 328 | | S. PRIMVM Vniuerſale Concilium Nicenum, pro diuinitate Chriſti contra Arrium, ſiue iam mortuum vt vult Epipha. hær. 68. & 69. & colligitur ex epiſtol. Synodica lib. 5. Socrat. cap. 9. ſiue auditum & præſentem, vt aiunt Socrates lib 1. cap. 14. Theod. hiſt. trip. lib. 2. cap. 5. Rufinus & alii. legatis Rom. Pontificis Vincentio, Victore ſeu Vinto ſiue Vitali presbyteris Hiſt. trip. lib. 2. cap. 1. Niceph. 8. cap. 14 Epiſcop. 318. Epiph. hær. 69. & lib. Ancoratus. Rufin. 1. cap. 1. Niceph. 15. c. 2. Theodor. 1. c. 7. Iuſtinia. lib. 4. de ſum. trin. & ferè alii. ſiue Epiſ. 320. Sozom. 1. cap. 17. Euſebi. lib. 3. de vita Conſtanti. ait plures fuiſſe. 250. quod repetit Socrat. 1 c. 8. In litteris Imperatoris apud Socrat. 1. c. 9. legũtur affuiſſe plures 300. idem Niceph. 8. c. 14. hiſt. trip. 2. cap. 1. In ſcriptis Euſtachii Anthiocheni apud Theodor. 1. c. 8. perhibentur. 270. & apud Niceph. 8. cap. 21. fere 270. Nam certum numerum in tanta multitudine reperiri non potuiſſe fatentur.<br><br>Quatuor concilia prouincilia Iſid. tom. 1. concil.<br>Romanum epiſc. 268. ſeu 275.<br>Elibertinum ſeu, vt aiunt, Granatæ in Hiſpania Epiſ. 19. hic refertur à quibuſdam. quod quam ſit incertum quiſque iudicet.<br>Gangrenſe 1. in Paphlagonia in Trullo confirmatum, cõtra Euſtathium Sebaſtienſem epiſcopum & eius ſectatores AErium & alios.<br>Arelatenſe 1. & 2. in Galliis, vbi cauſa Cæciliani eſt iudicata. Auguſti. epiſt. 162.<br>Quidam addunt Aurelianenſe 1. præſide epiſcopo Martino. | | | | ad Conſtantinum Magnum hiſtoriam eccleſiaſticam conſcripſit ex Philone, Ioſepho, Clemente Alexãdrino, Egeſippo, Hippolyto, Papia & aliis. Niceph. 1. ca. 1.<br>Nicenum conciliũ cœpit 14. ſub Sylueſt. Euſeb. in Chro. Plati. in Sylueſtr. Regino. & pleriq; alii. Quidam volunt ſub Iulio. Sozom. 1. c. 18. Hiſtor. trip. 2. c. 1. Niceph. 8. ca. 14. Platina. in Agathone. Beda in Chro. Durat 3. an. & paulo plus. Niceph. 8. c. 26. Eius initiũ variè à ſcriptoribus traditur. Alii referunt ad annũ Chriſti 322. quidã vt Euſ. in Chro. ad 324. quidam ad 330. quidã vt pleriq; Græci ad 333. quidã ad 338. vt Volate. & Bed. Alii ad Conſulatũ Paulini & Iuliani. qui fuit an. 17. ſiue (vt alii volunt) 18. Conſtantini Mag. Socra. 1. c. 13. Niceph. 8. ca. 26. quorum ille ad 20. diem Maii, hic ad vndecimũ. Onuphr. ad Aprilem, alii ad 19. Iunii conferũt. Eũ an. alii dicunt eſſe Chriſti 325. alii 326. alii 327 alii 328. Tanta eſt annorum à Chriſto incertitudo, quòd veteres per annos Imperatorum numerarent, non Chriſti: qui mos, vt cenſent quidam, tantùm ab anno eius circiter 600. inualuit.<br>Romani Imperii ſedes tranſfertur Conſtãtinopolim à Conſtãtino Mag. vere & palam Chriſtiano Imp. qui pacem integram eccleſiæ reddidit implens illud Apoc. 12. Nunc facta eſt ſalus & cæ: Fuit fundator Imperii & religionis.<br>k Iberi prædicationibus S. Patricii (qui anno vitæ ſuæ 122. obiit) fidem Chriſti recipiunt. Rufin. 1. c. 11. Niceph. 8. c 34. Sigeb. in Chro. Sic Indi interiores miro modo per Ediſium & Frumẽtium iuuenes. Ruf. 1. c. 10. Socrat. 1. cap. 19. Scoti quoque. Sabel. quorum primus fuit epiſcopus Palladius miſſus à Celeſtino PP. Proſp. in Chron. Item Armenii. Suid. |
| 4426 | 338 | 35 | k S. MARCVS Rom. Cõſtãtino Magno Imp. & Cæſarib. eius filiis, Clodomer. Franc. Reg.<br>Vacat ſedes | 2 | 8 | 20<br>20 | Tunc primũ res Romana ſub vno Auguſto & 3. Cæſaribus eſſe cœpit. Eutrop lib. 10.<br>Hic PP. Nicenum ſymbolum inſeruit Miſſæ, in locum Symboli Apoſtolorũ. Plati. primus conſtituit vt Hoſtienſis epiſcopus pallio vteretur & ab eo Pontifex Rom. cõſecraretur. Volater. eum tamen Græci ferè omnes prætermittunt.<br>AErius Arianus, dictus Atheus primus damnat orationes pro mortuis, & ieiunia certo tempore ſtatuta, presbyterum æquat epiſcopo, ac immutat antiquas Eccleſię cæremonias. Auguſti. lib. de hæreſ. cap. 53. Epiph. her. 75. Socra. lib. 2. cap. 35.<br>Donatus Grammaticus, Victorius rethor præceptores Hieronymi, Maximus Alexãdrinus, & Methodorus Philoſophi, Marcellus, D. Nicolaus Myrtenſis (errant enim qui putant eum vixiſſe ſub Iuſtiniano) epiſcopi. Hiero. in catalog. Niceph. 8. cap. 14. |
| 4429 | 341 | 36 | l S. IVLIVS I. Romanus, Conſtantino patre & filiis, Conſtãtino 2. in Galliis, Conſtãtio Arriano cum Dalmatio patruo in Oriente, & Conſtante in Italia & | | | | l DECIMVM tertium bellum in Chriſtianos in Perſide per Saporem Regẽ. Sozom. 2. ca. 8. Ammian. Marcel. lib. 25.<br>Euſebius Emiſſenus Arrianorum ſignifer multa conſcribit. Hiero. in Chron. Tunc vixit Ioan. Clymacus. |

m Hunc

m Hunc immerito inter PP. adnumerari, quòd cū Arrianis ſubſcripſiſſet, cenſet Platina, poſt Hiero. de vir. illuſtr. qui hac de re nihil præter auditum habere poterat. At eum beatiſſimum prædicant Baſil. epi. 74 Ambroſ. lib. 3. de virginit. Epiph. hær. 75. & Athanaſ. Apolog. 2. eum liberat ab Arriana labe.

Paulus, & Ammon eremitæ. Sozom. 1. c. 14. obiit S. Antonius eremita anno vitæ 150. Som. 1. cap. 13. Rufin. 1. c. 8. Naucler. & Beda.

Arriana hæreſis ſciſſa eſt in Eunomianos Macedonianos, Euſtathianos, Meletianos. Baſil. Cont. Eunomi. Hiſt. trip. 5. c. 15. Epiph. hær. 76. & 68.

Eunomius monachus & notarius AErii, inter alias hęreſes negat Virginitatem maioris eſſe meriti quam cōiugiū: Relicto monachatu: ſeduxit virgines vt nuberent, Fidē ſine operibus ait ſufficere nec opera eſſe ad ſalutem neceſſaria Auguſti. lib. de hæreſ. c. 54. Hiero. in 4. Oſee. Templa martyrum non ingrediebatur ne cogeretur Sanctos (vt dicebat) adorare. Hiero. in eum.

Iouinian⁹ Imp. noluit prius inſignia imperii ſuſcipere q̄ milites vno ore ſe Chriānos profiterentur negans ſe Chriſtianū paganis imperare poſſe. Niceph. 10. c. 28. Ruf. 2. c. 1.

Marcellus Ancyræ epiſcopus hæreticus, docet regnum Chriſti finem habiturum. Niceph. 11. cap. 48. Bonfin. 2. dec. 1.

Verſus ille, Gloria patri & filio cæ. (à Flauiano Anthiocheno adiutore Chriſoſtomo compoſitus Niceph. 18. c. 51. & lib. 9. cap. 24.) aliter à Catholicis Græcis in fine Pſalmornm canebatur aliter ab Arrianis. Sozom. 3. cap. 20 Theod. 2. c. 24. Niceph. 9. cap. 24. poſtea conſilio Hieronymi in eccleſia Latina additur fini Pſalmorum à Damaſo. Hiero. epiſt. ad Damaſ. vt errent qui hoc tribunt Gregorio I. PP.

DECIMVM quartum bellum ſeu perſecutio Chriſtianorum per Iulianum Imp. Apoſtatam. Rufi. 1. c. 32. & 36. Ammia. lib. 20. Eutrop. lib. 10. In eo cecidit Dorotheus Tyri epiſcopus anno vitæ 107.

n Vitas Pontificum Roma. conſcripſit. & Bibliis SS. à Hierony. verſis primus dedit auctoritatem. Plati. Symbolum Conſtantinopolitanū in locum Niceni cantari iuſſit ad miſſarum ſolēnia: quod vſque hodie perdurat. Sigeb. Rupert. lib. de Diuin. offi. ca. 21.

Gregor. Nazianzenus cogno. theologus, Cæſarius eius frater (cuius queſtiones theologicas Cōſtātinopoli nuper allatas Græcè apud me habeo) Baſilius Cæſarienſis & Greg. Nyſſenus fratres, Io. Chriſoſtomus, Effrem eremita, Cyrillus Hieroſoly. Philaſter, Euſtachius, Exuperius, Ambroſius Mediola. Martinus Turon. S. Romanus Gal. Vegetius, Eutropius, Themiſtius Philoſophus, Geor. Pachimeres hiſtoricus, inſignes ſcriptores.

Ammianus Marcellinus hiſtoriā Romanam ab an. Chriſti 98. vſq; ad 382. pertexit.

Ambroſius ritum Antiphonarum, ſeu reſponſoriorum, hymnorum, à Græca ec-

| An. ab orb. cō dito. | Anni. à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Aphrica Impp. Richimero Franc. Reg. | 15 | 2 | 6 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 25 |
| | | | CONCIL. *Romanum epiſ. 116. Iſid.* | | | |
| | | | *Hieroſolymitanum hiſt. trip. 1. cap. 33. Theod. 1. cap. 30.* | | | |
| 4433 | 345 | | *Anthiochænum confirmatū in Trullo epiſ. 90. Iſid.* | | | |
| | | | *Agrippinenſe. Iſid.* | | | |
| 4439 | 351 | | *Sardicenſe. epiſ. 300. Sozom. 3. c. 11. ſeu epiſ. 250. Theod. 2. cap. 7.* | | | |
| | | | *Syrmienſe contra Photinū. Niceph. 9. c. 31. Socrat. 1. cap. 29. Sozom. 4. c. 6.* | | | |
| 4444 | 356 | 37 | m S. LIBERIVS Roman⁹, dictus Leo, Conſtantio Arriano Orie. Cōſtāte Occid. Iuliano, & poſtea Iouiano ſeu Iouiniano Orien. & Occiden. Impp. Theodomero Franc. Reg. | 12 | 3 | 4 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |
| | | | CONCIL. *Mediolanenſe. epiſ. plures 300. propter Athanaſium. Socr. 2. ca. 36. Theod. 12. c. 15. Hiſt. trip. 2. c. 36. Rufin. 1. c. 20.* | | | |
| | | | *Alexandrinum. Rufi. 1. c. 28.* | | | |
| | | | *Arriminenſe. Socr. 2. c. 37. Sozom. 4. c. 17. hiſt. trip. 5. cap. 20. Damnatur ab Ambro. epiſt. 32.* | | | |
| 4449 | 361 | | *Romanum, in quo Fœlix electus eſt Papa. Plat. Iſid. tom. 1. concil. Non igitur ab Arrianis creatus eſt vt volunt Rffin. & Hiero. contra Niceph. 9. c. 35.* | | | |
| 4456 | 368 | 38 | M. FOELIX II. Romanus, Valēte Arriano, Ori. & Valētiniano Occid. Impp. Clogio Fran. Reg. | 1 | 4 | 2 |
| | | | CONCIL. *Laodicenum, confirmatum in Trullo. Iſid. tom. 1. concil.* | | | |
| | | | *Lampſacenum. Eutro. lib. 10. Niceph. 11. c. 3. Hiſt. trip. lib. 7. c. 12.* | | | |
| 4457 | 369 | 39 | n S. DAMASVS Luſitanus, Valēte, & eo exuſto, Theodoſio | | | |

cleſia

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | 1. Magno Oriẽt. Valentiniano, & poſt eum Valentiniano 2. Gratiano, eius filiis Occid. Impp. Clogio, et poſt eum, Marcomero Franc. Reg. | 19 | 3 | 11 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 21 |

4471 383 CONCIL. *Romanũ de S. Spiritu cõtra Arriũ, Macedonium, Photinũ & Appollinarẽ.* Hiero. *in Chron. Iſid. in Damaſ. Hiſt. trip. 9. c. 16. In eo additur Niceno ſymbolo,* FILIO *que, cõtra eos qui dicebant S. Spiritum eſſe filium filii, nepotem Patris, vt legi in quodam manu ſcripto libello Græco anonymo de S. Spiritus à filio proceſſione, quod cõuenit cum Hug. Etteriano l. 3. de proceſſ. Spiritus Sancti cap. 16. Et cum Magiſtr. Sent. li. 1. diſt. 11. Errat enim Beza, qui in ſuo nouo teſtam. inter ea quæ à Synodo Conſtantin. ſymbolo Niceno addita fuerunt, hanc dictionem reponit, ſumma antiquitatis ignoratione.*

4465 377 *Illyricũ, de trinitatis vnitate, Theodo. 4. c. 9. Hiſt. trip. 7. c. 8.*

4471 383 *Aquilienſe, quod Beza & alii perperam exiſtimant fuiſſe vniuerſale.*

*Valentinum in Gallia, epi. 30. Iſid.*

4471 383 *S. SECVNDVM Occumenicum Concilium, Conſtantinopolitanum 1. ab Orientalibus tantùm celebratum contra Macedonium & oppugnatores Diuinitatis S. Spiritus. Epiſcop. 150. ſiue vt ait Proſper in Chro. 180. à Theodoſio Mag. indictũ, à Damaſo ſuaſu D. Ambroſii cõſirmatum. Theodo. 5. c. 9. Hiſt. trip. 9. c. 12.*

Schiſma 2.

Vrſinus, ſiue Vrciſcinus ſedit in ſchiſmate contra Damaſum. Rufi. 2. cap. 10. Ammia. Marcel. lib. 27.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4476 | 388 | 40 | o S. SYRICIVS, aliàs Vrſinus Romanus. Theodoſio Mag. cum Valentiniano 2. poſt necẽ Maximi in Imperiũ reſtituto, & eo mortuo, cũ filiis Honorio & Arcadio Imp. Marcomero Frã. Reg | 15 | 11 | 25 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 20 |

CONCIL. *Romanum.*

*Telenſe. Iſid. Tom. 1. Conc.*

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4491 | 403 | 41 | S ANASTASIus I. Romanus, Arcadio Orie. Honorio Occid. Impp. Dagoberto Franc. Duce. | 3 | | 10 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 21 |

4492 404 CONCIL. *Alexandrinum contra Origenem. Ab. Vſperg.*

*Toletanum 1. cõfirmatum à Leone PP. epiſcoporum 18. ſiue 15. in quo damnatur Priſcilianus. Iſid. Tom. 1. Concil.*

4494 406 42 p S. INNOCENtius I. Albanus, *ſiue Scotus*, eiſdem Impp. &

cleſia in Latinã primus tranſtulit. Sigeb. in Chron. Naucler. Illorũ primus auctor apud Græcos creditur fuiſſe Ignatius. Socra. 6. c. 8.

Gotthi ab Hũnis gẽte Scythica ſuis ſedibus expellũtur. Nicep. 11. c. 48. Bonfin. 2. dec. 1.

Sarraceni & Gotthi fiunt Chriſtiani. Socrat. 4. c. 33. & 36. & labuntur in Arrianiſmũ. Iornand. de reb. Geti. & Ab. Vſpergenſis.

Meſſalliani, qui Pſalliani, Euchitæ q. orantes, & Enthouſiaſtæ .i. Deo afflati, vocantur, negant carnem Domini prodeſſe vel obeſſe ſumptam in ſacramento Euchariſtiæ. Theod. 4. c. 11. ſemper orant, docent Baptiſmum non conferre gratiam, & non opus eſſe ieiunare. hiſt. trip. 7. c. 11. Damaſce. de hæreſ.

Vigilantius & Iouinianus hæretici, ille SS. venerãdos & orandos negat: cæremonias eccleſiæ reſpuit: hic damnat delectum ciborum: monachis & monialibus poſt votũ nuptias permittit: aſſerit peccata omnia eſſe æqualia: virginitatẽ eiuſdem eſſe meriti cũ coniugio: liberum eſſe hominẽ poſt Baptiſmum ad bene agendum, ſed non ad peccãdum: nullam meritorum diſtantiam fore in futuro ſeculo: eum ideo anathematizat Auguſt. de temp. in feſto Trinita. ſerm. 3. & lib. de hereſ. In eos ſcripſit Hier. tom 2.

Hæretici Neſtoriani negabant Corpus Chriſti eſſe in Sacramento niſi in ipſo vſu. contra quos Cyril. epiſt. ad Calo.

Nihil in doctrina Catholica à tempore Apoſtolorũ ad hanc vſque ætatem immutatũ fuit, maximè Romæ, notat Io. Caluinus inſtitu. Gallic. lib. 4. cap. 2. ſect. 3. & epiſtol. ad Sadoletũ. Statue tibi quæſo (inquit) ob oculos veterem illam eccleſiæ faciem, qualem Chryſoſtomi aut Baſilii ętate apud Græcos, Cypriani, Ambroſii, Auguſtini ſeculo apud Latinos extitiſſe ipſorum monumenta fidem faciunt

o Epiphanius Salaminius in Cypro, Theophilus Alexandrinus, Syneſius Cyrenaicæ Epiſcop. Optatus. ipſe lib. 2. Iſychius preſbyter Paulinus cognom. Pontius apud Auſonium. Claudianus poëta.

Marcomerus Franc. Rex Gallias inuadit, & omnia loca quæ Maximus occuparat recepit pręter Armoricã, ſiue Britanniam minorem: quo cæſo à Valentiniano, Regnum fuit penes duces aliquandiu.

p Caſſianus & Euagrius monachi, Primaſius, Oroſius, Tiberianus, Maximus Taurinenſis, ſcriptores eccleſiaſtici. Auſonius Burdegalẽſis, Prudẽtius & Sedulius poëtæ. Vincentius Lyrinenſis, Iſidorus ſenior Epiſcopus Cordubenſis, Palladius, Hilarius Arelatenſis, Polybius.

Prima Romæ direptio an. 413. 8. ſeu 9. cal. Septemb. per Gotthos duce Alarico ſiue Athanarico (qui fuit primus Rex Hiſp. Ritius l. 1. de Reg. Hiſp.) Procop. lib. 1. Cuſpinia. in vita Cæſar. A Emyl. lib. 1. Sozom. 9. cap. 8. Oroſ. lib. 7. cap. 38.

Vaſconia tũc nomen hoc à Vuiſigotthis ſortitur.

Perſecutio Chriſtianorum in Perſide per Iſdigertẽ Regem & tutorem Imperii Orientis.

| | An. ab orb. cõ dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficũ. | | Anni. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| entis. Hiſt. trip. lib. 10. cap. 30.<br>Vuandali metu Gotthorum Gallias relinquentes, cum Alanis & Sueuis Hiſpanias occupant, quas ferè 30. an. incolunt. Sigeb. in Chron. Procop. lib. 3.<br>Pelagius Britannus, Heluidius, Audæus, Bonoſus, hæretici. Auguſti. de hæreſ. Chryſoſt. & Iſid. | | | | poſt mortem Arcadii Theodoſio 2. iuniore Orie. Imp. Genebaldo Fran. ad Moenum & Salam Duce<br>*Vacat ſedes* | 15 | 2 | 25<br>22 |
| Innocentius primus Romæ Nouatianos pellere cœpit, & multas eccleſias illis ademit. Socrat. 6. cap. 9.<br>Franci traiecto Rheno iterum Gallias inceſſantes, Treuerim vrbem incendunt, & magnam Galliæ partem occupant. Sigeb. AEmil. lib. 1.<br>Eraclianus Conſul in Aphrica cum incredibili claſſe 3070. nauium quantas nũquam habuit Xerſes, vel Alexander contra Romam venit. Sigeb.<br>Burgundi partem Galliæ ad Rhenum occupant. Sabel.<br>Scoti & Picti vaſtãt Britanniam. Blond. 2. dec. 1.<br>Prædeſtinatorũ hæreſis ex libris D. Auguſtini male intellectis cœpit an. 415. Omnia prædeſtinationi & reprobationi ita tribuit, vt neget opera vel prodeſſe vel obeſſe ad ſalutem. Sigeb. in Chron. Lutzenburg. de hær. | 4497 | 413 | | COLLATIO *Carthaginenſis inter 286. epiſc. Catholicos, & nonnullos Donatiſtas, iuſſu Honorii, & ſtudio Auguſtini habita. Aug. epiſt. 68. & in Breuiculo.*<br>CONCILIVM *Carthaginenſe (ſiue vt loquitur Aug. prouinciæ Carthaginis) præſide Aurelio epiſ. 217. nobiliſſimum contra Pelagianos, confirmatum in Trullo, cui potuit Auguſtinus intereſſe. Aug. epiſt. 47. 94. 95. & 106.*<br>*Mileuitanum in Numidia cõtra Pelagianos & Donatiſtas, cui interfuit Auguſtinus, & aprobatum eſt ab Innocentio. Auguſt. epiſt. 92. & 157.*<br>*Burdegalenſe contra Priſcilianum præſente S. Martino. Sulpi. Seu. lib. 3. Plati. Proſp. in Chron.* | | | |
| q Hieronymus corpore defecto cùm è lecto ſeſe erigere nõ poſſet, niſi aprehẽſo fune qui de trabe pendebat, obiit in Bethleem an. Chriſti 422. & ætatis ſuæ 91. vt ait Proſper. vel 98. Diacon. lib. 14. & Sigeb. in Chron. vel etiam 99. vt vult Trithemius.<br>r Vigilias nocturnas ad ſepulchra Martyrum ſuſtulit, ieiunia retinuit.<br>Chronica Francorum ab hoc Faramundo Reges enumerare incipiunt.<br>Florus Monachus ex libris Auguſtini cõtra Pelagianos gratiam Dei ita extollebat, vt negaret liberum arbitrium. Auguſt. de gratia & lib. arbi.<br>Vuandali, Alani, Sueui, ſiue Alamanni, in tria regna Hiſpaniã diuidentes inteſtino bello inter ſe collidũtur: contra quos mittitur ab Honorio Caſtinus dux. Sig. in Chro.<br>ſ Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, Euſebii hiſtoriam continuãtes tempus ferè 140. annorũ pertexuerũt. Niceph. 1. cap. 1. | 4505 | 421 | 43 | q S. SOZIMVS Græcus, Theodoſio 2. Orien. & Honorio Occid. Impp. Genebaldo Franc. Occidẽtaliũ duce, Faramũdo Marcomeri filio Orientalium in Frãconia Germaniæ duce<br>*Vacat ſedes*<br>CONCIL. *aliud Carthaginẽſe Auguſtino Aphricanum, contra Pelagianos. Auguſt. epiſt. 47.* | 1 | 3 | 12<br>11 |
| Burgundi & Occidentalium magna pars fidem Chriſtianã recipiunt. Niceph. 14. ca. 40. Socr. 7. cap. 30. Germanns Altiſiodorenſis, & Lupus Trecaſſinus epiſcopi, Britannos à Pelagianiſmo ad veram fidem reuocant. Proſp. in Chron. Palladius à Celeſtino PP. in Scotiam miſſus Chriſtum ibi docet. Maior lib. de reb. Scot.<br>Clodius Franc. Rex Thoringiã Germaniæ inuadens, Diſpergum caſtellum occupat, vbi ſedem regni aliquandiu conſtituit. Sigeb. in Chron. Greg. Turonen. lib. 2. ca. 9. | 4507 | 423 | 44 | r S. BONIFACIUS I. Romanus, eiſdem Impp. Faramũdo tam Gallo Frãcorum quàm Germano Frãcorũ cõſẽſu, Rege declarato ſedit<br>*Vacat ſedes*<br>Schiſma 3.<br>Eulalius in ſchiſmate cõtra Bonifaciũ electus, ab Honorio expellitur. Pla. | 3 | 8 | 7<br>9 |
| Moritur magnus ille Auguſtinus in Hypone non an. Chriſti 440. vt ait Sigeb. in Chro. vel 446. Bed. ſed 432. Diac. lib. 14. ſiue 433. Proſper in Chron. anno autem vitę ſuæ 73. & epiſcopatus 40. Sigeb. ſiue vitæ ſuę. 76. Diac. lib. 14. Proſp. in Chron. Poſſid. in eius | 4510 | 426 | 45 | ſ S. CELESTINVS ſiue | | | |

vita.

| An. ab orb. cōdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Celeſtius, Campanus, *ſeu, vt alii volunt*, *Romanus*, Theodoſio 2. Ori. Honorio Occid. & poſt eũ Valentiniano 3. Impp. Faramũdo & poſtea Clodoueo, *ſiue Clogione*, *ſiue Clodio Crinito ſiue Capillato* Franco. Gallorum Rege | 8 | 10 | 17 |
| 4517 | 433 | | *Vacat ſedes* S. TERTIVM *Oecumenicum cōcilium Epheſinum contra Neſtoriū vocē* θεοτόκου *.i. Deiparæ auerſantem: pro vna perſona Chriſti, Epiſ. 200. in quo nomine Celeſtini præfuerunt, Cyrillus Alexandrinus & Arcadius epiſcopi. Euag. 1. cap. 4. Socr. 7. cap. 34. Hiſto. trip. 12. cap. 5. Tom. 1. concil. Plati.* | | | 21 |
| 4518 | 434 | 46 | s S. SIXTVS 3. Rom. Theodoſio 2. Orie. & Valētiniano 3. Occid. Impp. Clodio Franc. Reg. | 8 | | 18 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 22 |
| 4519 | 435 | | CONCIL. *Regienſe epiſ. 13. Agathenſe in Galliis epiſc. 35. Romanum epiſ. 56. Sigeb. vel 57. Plati. & Tom. 1. concil.* | | | |
| 4526 | 442 | 47 | t S. LEO I. cognom. Magnus, Tuſcus, *ſiue iuxta alios Romanus*, eiſdē Impp. Martiano, *qui primus à patriarcha Anatolio coronatus eſt*, & poſteà Leone Magno, Orient. & Maioriano Occid. Impp. Clodio, Meroueo, Childerico, per ordinem, Franc. Regibus | 21 | 1 | 13 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 8 |

vita. ſiue vt alii 83. Baptiſatur an. 30. ætatis, fuit Manichæus ferè 9. annis, vt ait lib. 2. de morib. Manich. cap. 19. & lib. 1. de morib. Eccleſ. Cathol. cap. 18.

s Bononienſis Academia inſtituta eſt à Theodoſio Imp. Volater.

Eudoxia Imperatrix feſtum ad vincula Petri celebrari Cal. Auguſti obtinuit à Syxto, maximè vt populum à gentilitate reuocaret, quæ eo die recolebat feſtum pro victoria Octauii Auguſti de Antonio & Cleopatra. Sigeb. in Chron.

Britanni cum Pictorum & Scotorum impetus amplius ferre non poſſent, ethnicam Anglorum gentem .i. Saxones ad ſui defēſionem inuitarūt, quibus tantum terræ datum eſt quātum corium tauri per corrigias potuit extendi. Sigeb. Krantz. l. 1. cap. 18. Polyd. in hiſtor. Angli. lib. 3.

Perſidis magna pars Chriſto credidit, Sdigerde fil. Regis à dæmonio liberato precibus Maruthę epiſcopi, qui legatione apud eos fungebatur. Sigeb.

t Hic PP. doctiſſimè ſcripſit, & primus omnium Pontificum Roma. ſepultus eſt in Baſilica S. Petri in Vaticano.

Acephaleorum hæreſis (quòd ſine auctore & quaſi ſine capite eſſet) docet Chriſtum in vna ſubſtantia adorādum, & vna natura ex Deitate & humanitate mixta conſtare. Plati. & Honor. in catal. hær.

Poſſidius (vulgo Poſſidonius) Apher, Eucherius Lugdunenſis. Gennad. in catal. Aſymo Curienſis primus epiſcopus Rhœtorū. Proſper Aquitanicus. Genoueſa. Sigeb. in Chron. Sextus Rufus hiſtoricus.

Attila, flagellum Dei, cum 500. millibus Hūnorum ſiue Chunorum vniuerſam ferè Europam depopulatur. Bonfin. 3. deca. 1. Callimach. in Atti. Blond. 1. dec. lib. 2.

Roma iterū an. 457. Vuandalis in prædam expoſita eſt duce Genſerico, iam Carthagine ab eis expugnata & Aphrica ſubacta. leg. 1. c. de offi. præf. prætorio Aphricæ.

Omnia loca Galliæ quæ tenebat Meroueus Franc. Rex Clodii fil. ſeu vt alii volūt conſāguineus, Frāciæ nomine vocari cœpta ſunt. AEmil. lib. 1. Ab hoc Franci Merouingi dicti ſunt. Gagui. lib. 1.

Clodius Francos à Francfordia in Gallias traduxit vſque ad vrbem Cameracum, exinde ad Somenam ſiue Sumonā fluuium omnia loca occupat. Maſſe. & Guilel. de Nangiaco in ſua Chronographia, quę eſt apud Germanēſes monachos Lutetiæ. Greg. Turon. lib. 2. cap. 10.

Perſecutio Chriſtianorum in Perſide per Gararanem Regem durat an. 30. Sigeb. Ab. Vſperg.

Apud Tholoſam ex eius medio tota die ſanguis largiſſimo fluxit riuo. Sigeb.

Germania, Dacia, Sarmatia, & cæteræ prouinciæ ad Danubium & Rhenum ſitæ, Hiſpania etiam vlterior, & Aquitania omnino ab Imperio Romano deficiunt. Blond. lib 2. dec. 1. Irenic. lib. 3.

Venetia vrbs ob hoſtium terrorem in inſulis ædificari cœpta. Blond. dec. 1. lib. 3.

| | An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| u Victorinus in Aquitania, Saluianus Maſſiliæ, Chryſologus Epiſcopus Rauēnæ, Sidonius Apollinaris Epiſcopus Claromōtēſis in Aruernia, Proſper Reginenſis, Genad. in catal. & Palmer. in Chron. | 4538 | 454 | | S. QVARTVM *generale concilium Chalcedonenſe contra Euthycen & Dioſcorũ hæreticos, pro duabus naturis in Chriſto & proprietatibus: in quo Paſchaſinus, Lucentius Epiſcopi & Bonifacius presbyter nomine Leonis PP. præfuerunt. Euagr. 2. cap. 2. & 4. Epiſcop. 630. Niceph. 15. cap. 2. Sigeb. & Plati. Quidam 830. Alii 600.* | | | |
| Mamercus (quem Trith. vocat Claudiũ) epiſcopus Viennenſis in Galliis vtiliſſimo experimento, reuerendiſſimo exemplo primus inuexit ſolemnitatem Rogationum (quas hodie Chriſtiani Syri vocant Niniuitarum ieiuniũ) in quibus ieiunatur, oratur, pſallitur, fletur, ait Sidonius libro 5. epiſt. 14. Rationem inſtituti adfert Greg. Turon. lib. 2. cap 34. quòd Viennę aſſiduus terræ motus contingeret, lupique ac aliæ ferę ſyluestres vrbem ingredientes homines deuorarēt. Igitur qui cum Polyd. li. 5. de inuento. rer. cap. 10. tibuunt Leoni 3. PP. inſtitutionem litaniarum trium dierum ante Aſcenſionem, vel errant, vel illum ſignificant ſtatutum tempus præfixiſſe. | 4544 | 456 | | CONCIL. *Arauſicanum ſiue Auriſcanum, ſiue Auraicenſe primum & ſecundum de libero arbitrio.*<br>*Valenſe ſeu Vaſenſe in Galliis epiſ. 18.*<br>*Carpentoractenſe.*<br>*Arelatenſe 3. epiſ. 35. ſiue 24.*<br>*Romanũ cōtra Euthycē. Niceph. 15. c. 4.*<br>*Conſtantinopolitanum aduerſus eũdem. Euagr. 1. cap. 9.*<br>*Tyrium. Beritenſe.* } { *Inſerta actionib. 1. 9. & 10. cōcilii Chalcedo. Lib. concil.* | | | |
| x Suis ſcriptis Eccleſiam illuſtrat. Trith.<br><br>Romanũ Occidentis Imperium tunc in Auguſtulo defecit, deinceps barbaris & peregrinis dominis Italiam occupantibus annis 325. vſque ad Carolum Mag. ex quo vſque in hunc diem Imperium manet ſtabile. Niceph. 15. cap. 11. Diaco. lib. 16. Palmer. in Chron. Blond. lib. 2. dec. 1.<br><br>Seuerianus Damaſcenus, Marinus Neapolitanus, Procli philoſophi diſcipuli. Suid. | 4551 | 463 | 48 | u S. HILARIVS Sardus, Leone Ori. Maioriano, & poſt eũ Seuero ſeu Seueriano Occid. Impp. Childerico Franc. Reg.<br>*Vacat ſedes*<br>CONCIL. *Turonenſe epiſ. 8. Romanum epiſ. 50. Lib. concil.* | 7 | 3 | 10<br>10 |
| Notet hìc mecum lector, Plures eiuſdem nominis regna & imperia erexiſſe ac eadem labefactaſſe. Darius primus cum Cyro capta Babylone Imperium Perſarum cōſtituit, Darius Arſamis fil. penitus amiſit: ait Iuſti. Conſtātinus Mag. primus Imperator Conſtātinopolitanus, Conſtantinus vltimus Imperium cum vita perdidit: Balduinus primus ex Francis Imper. Conſtantinopolitan⁹, Balduinus illius abnepos vltimus: Vrbano 2. PP. Hieruſalem eſt recepta, Vrbano 3. recidit in ſeruitutem: Auguſtus Romanum Imperium condidit, Auguſtulus hic noſter vir ominoſi nominis labefactauit. | 4558 | 470 | 49 | x S. SIMPLICIVS (Sulpitius Palmerio) Tiburtinus Leone, & eo mortuo, Zenone Iſauro hęretico Arriano, Orie. Seuero, Anthemio, Olybrio 7. mēſib⁹, Glycerio an. 1. Nepote di. 56. Auguſtulo an. 1. Occid. ex ordine ſucceſſionis Impp. vſque ad Odeacrum Turcilingorum & Italiæ Regem: Childerico Franc. Reg.<br>*Vacat ſedes* | 15 | 1 | 7<br>26 |
| y Honoricus Vuandalorum Rex Arrianus, 434. ſiue vt ait Sigeb. 444. Catholicos Aphricæ epiſcopos mittit in exilium. Diac. in Odeacr. lib. 16. Ab. Vſperg. in Zeno. (mirum tot olim fuiſſe vnius regionis epiſcopos) verùm biennio poſt corroſus à vermibus miſerè periit. Procop. lib. 3. de bel. Vuand.<br><br>z Clodoueus primus Regum Francorũ fit Chriſtianus, & baptiſatur à S. Remigio Remēſi archiepiſcopo, qui ei Ludouici nomen impoſuit. Gregor. Turon. lib. 2. cap. 30. & 31. AEmil. lib. 1. Quicquid Galliarũ à Rheno ad Ligerim ſub iure erat Romanorum ad ius Francorum transfert. Sigeb. | 4573 | 485 | 50 | y S. FOELIX III. Roma. Flaui. Zenone Iſauro ſeu Iſaurico Orien. Imp. Odeacro Italiæ, & Childerico Frāco. Reg. vſq; ad Clodoueum<br>*Vacat ſedes* | 6 | 11 | 17<br>5 |

| An. ab orb. cō dito. | Anni. à Xp̄o nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | CONCIL. *Tarraconenſe epiſ.* 10. *Aurelianenſe & 1. Francicum epiſ.* 30. *ſiue* 33. *iuſſu Clodouei. Gerundenſe in Hiſpa. Lib.concil.* | | | |
| 4580 | 492 | 51 | z *S.* GELASIVS I. Apher, doctiſſimus, Anaſtaſio cognom. Dicorus hæretico Euthichiano, Orie. Imp. Theoderico Arriano, Italiæ, & Clodoueo Franco. Regg. | 5 | 8 | 17 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 7 |
| | | | CONCIL. *Epaunenſe epiſ.* 70. | | | |
| 4586 | 498 | 52 | *S.* ANASTASIus. 2. Rom. Anaſtaſio Imp. Theoderico ſiue Dietericho Oſtrogotthorū ac Italiæ R. Clodoueo Fran. Reg. | 1 | 10 | 24 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 4 |
| 4588 | 500 | 53 | a *S.* SYMMAchus *S*ardus eiſdem Imperātibus ſedet an. | 15 | 6 | 22 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 7 |
| | | | Shiſma 4. LAVRENTIVS in ſchiſmate cōtra Symmachum Papa deſignatur: ſed Symmachus in concilio Rauennati preſente Theoderico confirmatur. Diac. in Anaſt. lib. 16. Blond. 3. dec. 1. Plati. | | | |
| | | | CONCIL. *Rauennenſe, Ilerdenſe, epiſc.* 8. *Valentinum epiſc.* 6. *Romanum epiſc.* 122. *lib.concil. Alia* 5. *concilia Romæ celebrantur. Lib.concil.* | | | |
| 4603 | 515 | 54 | b *S.* HORMISda Fruſiuonius Cāpanus, Anaſtaſio, & poſt eū Iuſtino, Ori. Impp. Theoderico Italię Re. Clodoueo & poſtea Childeberto (aliis Childerico) Frā. Reg. | 9 | | 18 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |

Prima Chriſtianorum pugna contra infideles Vuiſigotthos fœliciter confecta per Clodoueum. Sabel. lib. 2. AEnead. 8. ita gens Francica prima omniū pro religione ſigna cum Chriſti hoſtibus cōtulit. AEmil. lib. 2.

Xenaias ſiue Philoxenus Hierapoleus epiſcopus Eutichianus, primus euomuit Chriſti & Sanctorum Imagines venerandas non eſſe. Niceph. 16. cap. 27. & Cedrenus.

Remigius & Patricius Sueſſionēſis Epiſcopus fratres, Vedaſtus Atrebatenſis Epiſcopus, Auitus Vienenſis, qui Gallias ab Arriana hæreſi defendit, Epiphanius Ticinenſis, Fulgentius Rupēſis Epiſcopi. Idacius, qui Chronica ſua à primo Theodoſii conſulatu vſque ad an. 490. perduxit Sigeb. in Chron. Caſſiodorus monachus ex ſenatore. Pomerius. Gennadius Maſſilienſis. Heſychius Mileſius. Merlinus vates. Suid.

a Egeſippus Theologus. S. Seuerinus Treuerenſis, S. Eleutherius Tornacenſis Epiſcopi, Boëtius philoſophus & Poëta, Symmachus exconſul, Patricius Romanus eius ſocer, Martyres. Quintianus Rutenenſis Epiſcopus, Maxentius Pictauenſis Abas, Sigeb. Trith. Procop. lib. 1. Paſchaſius Diaconus libros de S. Spiritu ſcribit. Greg. 4. Dialog. cap. 40. Fulgentius Hiſpalenſis Epiſcopus. Diac. lib. 17. Pa. AEgineta. Trith.

Clodoueus Franc. Rex à Rheno ad Sequanam vſque regnum dilatat. Guilel. de Nangiaco. & paulo poſt vſque ad Ligerim, Burgundiam ſibi reddens tributariā. Sigeb. AEmil. lib. 1. Blond. lib. 3. dec. 1. Lutetiam Pariſiorum ſedem regni cōſtituit ſuaſu Clotildæ vxoris. Greg. Turon. l. 2. cap. 38. Plati. & Chron. Francorum.

Allarico Vuiſigotthorū Rege vita cū vniuerſo regno, cuius regia erat Tholoſa, expoliato, Francicum regnum ad Pyreneos vſq; montes extendit, & a Ligeri ad Rhodanum fluuium, qui erat limes regni Vuiſigotthici. Sigeb. & Guilel. de Nangiaco. Inde Anaſtaſius Imp. titulum & inſignia conſulatus ac patriciatus ei contulit, quòd Gotthos ſeu Vuiſigotthos ab vtraque Aquitania expuliſſet. Gregor. Turon. ibidem. AEmil. lib. 1. Sigeb. in Chron.

Symmachus PP. quotidina præbet ſubſidia 220 epiſcopis in Sardiniam exilio relegatis, per Tranſamundum Vuandalorum Regem. Diac. in Anaſta. lib. 17. Guilel. de Nangiaco.

b Adhæc vſque tempora Arrianos templa & publicos conuentus habentes, Iuſtinus pius Imp. exterminauit. Diac. lib. 17. ſicut Euthichianos & Neſtorianos. AEmil. lib. 1. Blond. lib. 3. dec. 1.

Quatuor filii Clodouei regnum inter ſe diuidunt, Lotharius ſeu Clotarius ſedem regni ſui habuit apud Sueſſionem, Theodoricus ex concubina fil. Methis, Clodomirus Aurelianis, Childebertus Lutetiæ Pariſiorum. Sigeb. in Chron.

In Alexandria multi vtriuſque ſexus dæmoniaci quaſi canes latrabant. Sigeb.

| | A. ab orb. cō dito. | Anni à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| c Iuſtinus primus omnium Imperatorum coronatur à Roma. Pontifice. Blond. lib. 3. dec. 1. Melanth. in Chron. Hūc PP. quòd à Iuſtino honorificè ſuſceptus eſſet, Theodericus carceris afflictione peremit. Diaco. lib. 17. qui 98. die poſt ſubita morte obiit. | 4612 | 524 | 55 | *CONCIL. Romanū contra Eutichianos & Neſtorianos. Blōd. lib. 3. d. 1. Aurelianenſe 4. Ioan. le Maire & Tom. 2. concil. Cæſaraugustanum Epiſ. 12. Lib. conc. Sarragocēſe & Gerodenſe in Hiſp.* c S. IOANNES I. Tuſcus, Fla. Anicio Iuſtino Imp. Theoderico Ital. Childeberto cū Lothario Frā. Reg. | 2 | 8 | 28 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | 1 | |
| ſ. Brigida, ſiue Birgita, ſiue Pyrgita virgo Scotica prophetiſſa & multorum cœnobiorum fundatrix. Plati. & Volat. Duo SS. Germani alter Pariſienſis Epiſcopus, alter Capuanus, Arator ſubdiaconus poëta, Priſcianus grammaticus Cæſariēſis apud Conſtātinopolim. Diaco. lib. 18. Palmer. in Chr. S. Benedictus Nurſinus monaſterii mōtis Caſſini abbas, cū ſorore Scolaſtica, miraculis clarus ordinem Benedictorū inſtituit. Dia. lib. 18. Palmer. Greg. lib. 2. dialog. cap. 1. & 33. obiitque an. 543. vt ſcribit Fauſtus eius diſcipulus. Longobardi ſeu Langbardi Pannoniam occupant expulſis Hunnis & Oſtrogotthis. Dia. lib. 18. Bonfin. dec. 1. | 4615 | 527 | 56 | S. FOELIX 4. Samius, eiſdē Imperātib⁹ vſque ad Iuſtinianum Imp. & Alaricum Ital. Reg. | 4 | 2 | 15 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | | 3 |
| d Iuſtinianus ex tribus codicibus Hermogeniano, Gregoriano, & Theodoſiano nouum Codicē ex ſuo nomine Iuſtinianeum fieri curauit per Tribonianum & alios iuriſconſultos. Cod. tit. De nouo Cod. faci. & tit. De Iuſtin. Cod. confirmando. Dionyſius Alba Romanus paſchalē calculum compoſuit. Dia. lib. 17. S. Arnolphus ſeu Arnaldus, & Vedaſtus primus Atrebatenſis Epiſcopus, diſcipuli Remigii. Sigeb. Iuſtinianus diem feſtum Hypapātis Domini. i. exceptionis (qui dicitur dies Purificationis) vbique celebrari inſtituit. Nicep. lib. 17. cap. 28. | 4619 | 531 | 57 | d S. BONIFAcius 2. Romanus, Fl. Anicio Iuſtiniano, Imp. Adelricho, *ſeu Athalarico, ſiue Alarico*, cū matre Amelaſinuta Ital. & Childeberto cum Lothario Franc. Reg. | 2 | | 2 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | 2 | |
| | | | | Schiſma 5. DIOSCORVS in ſchiſmate contra Bonifacium ſedit dies. | | | 25 |
| e Cæcum illuminat. Greg. lib. 3. dial. ca 2. Aphrica redacta in ditionē Imper. victis Vuandalis 105. annos ex quo eam occuparant. Dia. lib. 17. & leg. 1. Cod. de offi. præ. præt. Afri. Procop. lib. 1. | 4621 | 533 | 58 | e S. IOANNES 2. Rom. Iuſtinian. Imp. Alarico Ital. Childeberto Franc. Reg. | 2 | 4 | |
| | | | | *Vacat ſedes* | | | 6 |
| f Mutum & claudum ſanat adminiſtratione Corporis Chriſti. Greg. lib 3. dial cap. 3. Diebus dominicis circumire templa minori proceſſione īſtituit. Plati. & Vola. li. 16. Tribonianus cum aliis Iuſtiniani mandato, ex immenſa legum multitudine, quæ in librorum duo millia, & verſuum trecies cētena millia excreuerat, 50. libros Pandectarum ſeu Digeſtorum per titulos ordine digeſſit. Proem. Digeſt. & Proc. lib. 1. Agapetus Iuſtinianū Imp. ab Euſtichiana hæreſi reuocauit, quem prius cùm videret non flecti rationibus, Chriſtiana audacia in hæc verba prorupit: Ego ad Iuſtinianum Imperatorem Chriſtianiſſimum venire deſideraui, ſed Diocletianū inueni. Diac. lib. 17. | 4623 | 535 | 59 | *CONCIL. Toletanū 2. Lib. cōcil.* f S. AGAPETVS 1. Rom. eiſdem Imp. & Amataſinuta cum Theodato Gotthorū & Ital. Regina | | 11 | 19 |
| | | | | *Vacat ſedes* | | 1 | 29 |

| An. ab orb. cõdito. | Anni. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | CONCIL. *Hieroſolymitanum 2. de quo actio 1. Conſtantinop. 2.* | | | |
| 4624 | 536 | 60 | S. SYLVERIus (Palmer. Liberius 2.) Campanus doctiſſimus eiſdem Impp. | 1 | 5 | 12 |
| | | | *Vacat ſedes.* | | | 6 |
| 4625 | 537 | 61 | g VIGILIVS Rom. eiſdem Impp. vſq; ad Bittigẽ Tédibaldum Totilam, ſiue Badiullã, Teiam ſeu Tegã ex ordine ſucceſſionis Gotthorum & Italiæ Regem | 18 | 6 | 26 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 3 | 5 |
| 4640 | 552 | | QVINTVM *Generale conciliũ Conſtantinopolitanum 2. Epiſcop. 165. præſidẽte Vigilio vna cum Euthycio & Apollinari Patriarcha, ait Zonaras (nã Euagrius lib. 4. cap. 38. putat abfuiſſe) cõtra Anthemium & Theodorum hæreticos negãtes D. Virginẽ eſſe Deiparã, & ad cõfirmãdas 4. generales ſynodos. cõtra etiã Origeniſtas. Plat. & Lib. con.* CONCIL. *Antiochenũ cõtra Petrũ, Seuerũ, & Anthemiũ hæret. L. cõc. Aurelianenſe 2. & 3. aut iuxta alios 5. & 6. Aruernenſe* | | | |
| 4643 | 555 | 62 | h S. PELAGIVS I. Rom. Iuſtiniano Imp. Teia Ital. Reg. & Narſete, eo interfecto & ſubactis Gotthis ꝓcõſule in Italia, Childeberto cũ Lothario poſtea ſolo Lothario Franc. Regibus. | 6 | 10 | 28 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 3 | 26 |
| | | | COMCIL. *Turonenſe 2. Aurelianenſe 4. & 5. vel 7. & 8. Pariſienſe 1. & 2. Lib. Concil.* | | | |
| 4550 | 562 | 63 | i S. IOANNES 3. Rom. cognom. Catilina (ait Euagr.) Iuſtiniano 2. ſiue Iuſtino 2. Iuniore Pelagiano | | | |

g Iornandes ſiue Iordanus Gotthorum Epiſcopus & hiſtoricus. Procopius hiſtoriã annorum 142. pertexuit vſque ad an. Chriſti 554. à quo Agathias eodem tẽpore ſuam hiſtoriam deduxit ad an. 566.

S. Mauritius obiit in Dalmatia. Sabel.

Iuſtinianus partem Galliæ cõceſſit Germanis. Procop. lib. 3.

Gotthi duce Totila Romam capiunt, Lucanos & Brutios ſubigũt. Procop. li. 3. Diac. lib 17. Palmer. in Chron.

Tanta fames per vniuerſum orbem maximè apud Liguriam & Italiã, vt matres cogerentur veſci carnibus filiorum. Diac. lib. 17. Procop. lib. 3.

h Fertur inſtituiſſe ſeptem horas canonicas. Polyd. lib. 6. de inuent. re. cap. 2. Eum omiſit Euagrius.

S. Medardus Nouionenſis, & Gildardus Rothomagenſis Epiſcopi & fratres eodem die nati, pontifices cõſecrati, & mortui an. 556. Guil. de Nangiaco & Sigeb. in Chron. Medardus S. Radegundam vxorem Lotharii aſſenſu viri in monialem conſecrauit. Pert. de natalibus.

Phreculphus hiſtoricus ab orbe condito ad annũ Chri. 560 Chronica digerit. Fortunatus poëta, & Epiſcopus Pictauẽſis. Trith. & Plat. Sige. Hermolaus grãmaticus. Suid.

Eruli incolæ Iſtri, fidem Chriſti ſuſcipiunt accepta ob id pecunia à Iuſtiniano. Euagr. lib. 4. cap. 20.

Gotthorum regnum in Italia finem habuit 70. anno ex quo eam occupauerant, per Narſetem, qui poſtea in odium Auguſtæ Lõgobardos gentẽ Germaniæ in Italiam vocauit, quam tenuerunt 204. annis. primus eorum rex fuit Alboinus. Procop. lib. 3. AEmil. lib. 1. Plati. in Adria.

i Longinus Græcus primus Italiæ Exarchus conſtituitur Rauennæ ab Imperatore. Blond. deca. 1. lib. 8. Nam non aſſentior Palmerio ſcribenti id ſub Gregorio accidiſſe, & Patricium Romanum primum talem magiſtratum ſuſcepiſſe. Durauit illa dignitas annis 164. ſiue vt alii volunt 124. Eius erat confirmare electionem Roma. Pontifi.

Armenii iterum fidem Chriſti ſuſcipiunt. Sigeb. in Chron. & Plati.

Lothario Franc. Rege mortuo filii regnũ diuidunt, Hilpericus Sueſſioni ſedem regni habuit, Heribertus Lutetiæ, Guntrannus Aureliæ, Sigebertus Metis. Sigeb. in Chro. Maglorius Dolẽſis archiepiſcopus Sanctus vir in Britannia. S. Amandus naſcitur an. 571. Gregorius Turonenſis hiſtoricus. Mer. Caledonius. S. Leonardus. S. Goar. Sigeb. & Volat. & Ab. Vſperg.

Franci & Hiſpani de Paſchate celebrando diſſentiunt, Hiſpanis 12. Calend. April. Francis 14. Calend. Maii Paſcha celebrantibus. Sigeb.

k Ante

k Ante hunc Euagrius poſt Bonoſum nominat Iohannem alterum à præcedenti.

Euagrius Epiphanienſis prætor, hiſtoriam ſuam orditur vbi deſinit hiſtoria tripartita, vſque ad Iuſtini ætatem, id eſt, an. 595. tempus annorum circiter 140. complectēs, Niceph. lib. 1. cap. 1.

Floret Michael Syngelus.

Hilpericus, ſiue Chilpericus primus & ſolus (quod mirum eſt) Regum Francorum à ſubditis cæſus eſt ſuaſu Fredegundæ vxoris & inſidiis Lauderici maioris domus, ſiue comitis Palatii, quem hodie Coneſtabulum vocamus. Chron. Francorum.

Hermimgildus Lemingildi, ſiue Leonigildi, ſiue Lennigildi Vuiſigotthorū in Hiſpania Regis fil. prædicatione Leandri Hiſpalenſis Epiſcopi & adhortatione ſuæ coniugis ab Arriana hæreſi conuerſus, iuſſu patris iugulatur, quòd nollet fidem catholicā eiurare. Sigeb. AEmil. li. 1. Guilel. de Nāgia. Greg. 3. dialog. cap. 33. Ipſe Leander multos Arrianos ex Aphrica in Hiſpaniam venientes refellit. Gregor. lib. 1. epiſt. cap. 41. & lib. 4. cap. 9.

Hęreſis Manichæorū repullulat in Aphrica. Greg. lib. 4. epiſt. c. 50.

Lupi Burdegalam ingreſſi deuorarunt canes. Sigeb. Hinc dictus eſt vicus luporum.

l Hunc eſſe Roman. pontificum vltimum Caluinus ſcribit in inſtit. illis tamen Funccius etiam adnumerat Sabinianum.

Angli Cantuarii (nam gentes Aquilonares Anglorum Mercii & Nordimbrii nondū Chriſtum audierant ſub Regibus Edelfrido & Elle. Sigeb.) ex idolatria ad fidem Chriſtianam conuertuntur cum ſuo Rege Edilberto, id procurante Gregorio PP. per Auguſtinum Cantuarenſem, & Melitonem ſeu Melitem Londinenſem poſtea epiſcopos, & Iohannem. Sigeb. & Greg. lib. 5. epiſt. c. 7. lib. 7. epiſt. c. 112. & lib. 9. c. 52. & 60. Aimoin. lib. 3. cap. 74.

Ioannes Philoponus auctor hęreſis Tritheitarum. Niceph. lib. 18. cap. 46.

Gotthi & Hiſpani magna ex parte cū ſuo Rege Siſſebuta Arrii hæreſim eiurantes, Chriſtianam fidem amplectuntur. Platin. & Sabel. AEnead. 8. lib. 5. Lombardi fiūt Chriſtiani per Gregorium. Suplem. chro.

Maometes ille impius, ab Iſmaële originē ducens Abdala patre, Hennia matre, vigeſima tertia ſtirpe, naſcitur an. 600. Palmer. in Chro. Primus dux Arabum ſeu Iſmaëlitarū, ſiue Sarracenorum (vel à Sara vxore Abrahæ, vel potius à Sara mōte, quem olim ipſi incolebāt) eorumque pſeudopropheta edoctus à Sergio & Ioanne hæreticis Arrianis monachis, legē ex Iudæis, Gētibus & Chriſtianis compoſuit, quam partim verbis & prodigiis mendacibus columbæ, tauri, comitialis morbi, & lunæ, partim vi & armis infinitæ multitudini perſuaſit. Zonar. Cedrenus in Chronogr. Blond. dec. 1. lib. 6. Vincēt. in Specu. li. 24. c. 4. & alii hiſto. Hūc facilè crediderim eſſe Antichriſtū aut ſaltē regni Antichriſti cōditorē. Nā μαομετις reddit numerū hominis beſtię 666. de quo Apoc. 13.

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Imp. Clephe Longobardorum & Ital. reg. Heriberto cum fratribus & poſtea ſolo Hilperico Fr. R. | 12 | 11 | 26 |
| | | | *Vacat* | | 10 | 3 |
| | | | CONCIL. *Gradenſe. Sabel. AEneade 8. lib. 5.* | | | |
| 4663 | 576 | 64 | S. BENEDICtus I. (Bonoſus Euagrio) Rom. Tiberio Anicio Conſtantino Imp. Antharo Ital. & Hilperico Franc. RR. | 4 | 1 | 28 |
| | | | *Vacat ſedes.* | | 2 | 10 |
| | | | CONCIL. *Conſtantinopolitanum cōtra Monothelitas epiſ. 150. Lib. Concil.* | | | |
| 4667 | 579 | 65 | k S. PELAGIVS 2. Rom. eiſdē Impp. poſtea Mauritio Imp. Antharo Lōgobardorum & Ital. Reg. Lothario 2. Franc. RR. | 10 | 2 | 10 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 6 | 28 |
| | | | CONCIL. *Hiſpalenſe I. Toletanum 3. Matiſconenſe 1. & 2. Lib. Concil.* | | | |
| 4687 | 590 | 66 | l S. GREGORius Mag. Romanus, vir doctiſsimus & inuitò electus, Mauritio & poſtea Phoca Impp. Agilulpho, *ſiue Agone* Longobardorū & Ital. Reg. Lothario Fr. R. ſedit. | 13 | 6 | 10 |
| | | | *Vacat.* | | 5 | 19 |

Quidam

| An. ab orb. cõ dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4683 | 595 | | CONCIL. *Romanum Epiſc. 24. Greg. lib. 1. epiſt. c. 49. & lib. 4. cap. 88.* | | | |
| 4692 | 604 | 67 | m SABINIANUS (Sabinus Palmerio) Bledenſis, Phoca Imp. Agilulpho Ital. R. Lothario ſiue Clothario 2. Frãcor. Reg. | 1 | 5 | 9 |
| | | | *Vacat.* | | 11 | 26 |
| 4695 | 607 | 68 | n S. BONIFACIUS 3. Roma. eiſdem Impp. | | 9 | |
| | | | *Vacat.* | | 1 | 6 |
| | | | CONCIL. *Romanum Epiſ. 72. presbyt. 30. Plati. & ca. nullus, diſt. 79.* | | | |
| 4696 | 608 | 69 | o S. BONIFACIUS 4. Valeriẽſis, Marſus, eiſdem Imperantibus, vſque ad Heraclium hæret. Monothelitam Imp. | 6 | 8 | 13 |
| | | | *Vacat.* | | 7 | 25 |

Quidam Gallus Biturigẽſis nomine Epiſteus, poſtquam aliquos ægrotos ſanaſſet, prædicat ſe eſſe Chriſtum, & pro Chriſto adorandum. Gregor. Turon. lib. 10. cap. 25. Sigeb. Guilel. de Nangiaco.

Cùm Auguſtinus iuxta Dorocæſtriam prædicaret gentes illius loci caudas Rariarum veſtibus illius appendebant: hinc ipſi et eorum poſteri caudas ſicut pecudes referuntur habuiſſe. Guilel. de Nangiaco.

Tunica Domini ĩuẽta in ciuitate Zaphat. Sigeb. Ab. Vſperg. Naucler. Aimoin. l. 3. c. 78.

Frontinianiſtæ, Monophyſitæ, Agnoitæ, hæretici. Greg. lib. 8. epiſt. cap. 35. 36. & 42. lib. 11. cap 55. Niceph. 18. cap. 45. 46. 49. Donatiſtæ repullulant in Aphrica. Greg. lib. 3 cap. 35.

Gregorius multa inſtituit in Eccleſia, Antiphonas in Miſſa: Modũ chori & Pſalmodias: Litanias ſeu ſupplicationes maiores (quę lõgè antea erant in vſu apud Græcos, teſte Baſilio epiſt. 63.) in feſto S. Marci ordinauit: quatuor dies ab initio Quadrageſimæ adiecit: nouies Kyrie eleiſon: Alleluia & Offertorium dicere iuſſit: ſtatis diebus eccleſias frequentãti delictorum pœnas canonicas condonauit: præpoſuit horis canonicis verſum, Deus in adiutorium & cæt. tres petitiones, Diéſque noſtros in tua pace et cæ. canoni Miſſæ (cuius auctorem fuiſſe Scholaſticum meminit Epiſto. 62. li. 7.) adiecit: Stationes Romæ, & Scholas muſicæ: adorationem crucis nudis pedibus feria 6. in paſſione, & multa alia inſtituit. Plati. Lib. Concil. & in Decretis. ipſe lib. 4. epiſt. cap. 88. & lib. 9. cap. 9. & 45. & aliis locis. Errãt qui putant nomen Miſſæ tunc excogitatũ, cùm reperiatur apud Ambroſiũ (vt cæteros taceam) Miſſam facere. lib. 5. epiſt. 33. & apud Auguſti. bis ſer. de temp. 237. & 91. quos ſermones eſſe Auguſtini aſſerit Petr. Martyr Vermilius in cap. 1. Iudic.

m Poſt Gregorium Niceph. lib. 18. cap. 56. nominat Innocentium Roma. Pontificem.

n Contentio inter Conſtãtinopolitanum Patriarchã & Rom. Pontificem de primatu ſedis. Pronunciante autẽ ex veteribus Cõciliis & patribus Phoca Imper. Romanam Eccleſiam caput omnium eccleſiarum eſſe iterũ decernitur. Plati. Ab. Vſperg. Volat. Blond. lib. 9. dec. 1.

o Hieruſalem capit Coſdras Perſarum Rex: Lignum Crucis dominicæ ex Caluaria in Perſidẽ trãſtulit, illúdque in throno ſtatuit aureo, & gẽmis fabrefacto, cuius extrema ſuperficies in ſimilitudinem cœli circumagebatur. Sabel. lib. 6. AEnead. 8. Blõd. lib. 9. dec. 1. Sigeb. in Chron.

Hic Pantheon .i. templum omniũ deorum, Romæ à M. Agrippa ædificatum, ab Impera. Phoca impetratum, vertit in eccleſiam S. Mariæ, & omniũ Martyrum, ibique ad calend. Nouembris inſtituit ſolemnitatẽ omnium Martyrum. Aimoin. lib. 4. cap. 4. quæ poſtea ſub Gregor. 4. dicata eſt omnib[9] Sanctis. Sige. tamen Romani hoc etiam nomine eam celebrant ex inſtituto huius Bonifacii. Sigeb.

p Iſidorus Iunior Hiſpalenſis Epiſcopus, S.Columbanus Abbas, S. Lupus Senonēſis Epiſcopus. Sabel. AEnead. 8. lib. 6. Sigeb. in Chron. Plati.

Lignũ crucis Domini victo Coſdroe per Heraclium à Perſis receptum eſt. Plati. Blond. lib. 9. deca.1.

S. Rupertus ſiue Robertus primò Vuormatienſis poſtea Ratiſbonenſis Epiſcopus, Theodonem ducem Bauariæ ad Chriſti fidē perduxit. Alii id referunt ad an. 580.

q Primus Pontificum iuſſit aras & Eccleſias eſſe Aſyla reis. Plati. Sigeb. Illud Honorius & Theodoſius antea ſanxerant. lib. 2. Cod. De his qui ad Eccleſ. confug. Hodie in Gallia non obſeruatur.

Iacobitarum, Georgiorum, & Armeniorum hæreſes, quæ etiam nunc perdurant in Oriente. Niceph. lib. 18. cap. 52. & 53.

Arabes & Mahometani ab Hegira, cuius fuit initium anno Domini. 621. quo homo perditionis Mahometes iura & leges dare cœpit, annos ſuos numerant. Alphonſus. nam errant & Afri, qui eius principium faciunt anno à Chriſto 591. quo Mahometem natum putant, & qui anno 623. quo Mahometes primâ expeditionē ( quod ſonat vox Hegiræ) ſuſcepit pro religione.

Eduinus Rex Nordanimbrorum Anglorum, à Paulino Epiſcopo baptiſatur. Eius hortatu Erpualdus rex Anglorum Cantuariorum Orientem verſus, qui cum patre ſuo Rodoaldo à fide Chriſtiana defecerat, denuo relicta idololatria vnà cũ gente ſua Chriſti fidem ſuſcipit. Guilel. de Nangiaco. Sigeb.

r Feſtum exaltationis S. Crucis inuexit in Occidentem. Plati. Nam à multis annis 14. die Septembr. celebrabatur Hieroſolymis. Niceph. 8. cap. 29. & 50.

Paulinus primus Eboracenſis Archiepiſcopus. Polyd. lib. 4. Angli. hiſtor.

Cantabrigienſis Academia in Anglia inſtituitur. Polyp. lib. 5.

Heraclius Iudæos omnes baptizari iuſſit aut exulare: idem in Hiſpania per Siſibodum ſiue Siſebutũ Reg. & in Gallia per Dagobertum Reg. fieri curauit. Blond. lib 9. dec. 1. AEmyl. lib. 1. Aimoin. lib. 4. cap. 22.

s Nonnulli hoc omiſſo nominant Bonifacium 4. Alii vt Palmer. in Chron. vtrumque numerant.

t Sarraceni ab imperio deficientes Hieroſolyma, Damaſco, Phœnicia, & Antiochia potiti, propinquas Romani Imperii vrbes AEgyptũmque cœpere: Perſas non longè anteà ab Heraclio deuictos prælio ſuperarunt, quos coëgerunt Mahometi Alcoranũ recipere, & vocari Sarracenos: Syriam totã ſibi ſubegerunt. AEmyl. lib. 1. Tyri. lib. 1. cap. 2. Blond. lib. 6. decad. 2. Sigeb.

Carcombertus Rex Angliæ primus in Anglia idola deſtruxit, Chriſtianam fidem auxit, ieiunium quadrageſimæ obſeruari edixit. Sigeber. in Chron.

S. Eligius Chriſtum prædicat in Flandria. Ia. Meierius in hiſtor. Fland. S. Oſualdus Scotorũ Rex. Faſci. temp. S. Arbogaſtus

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4703 | 615 | 70 | p S. DEVS DEdit, ſiue Teodat⁹, ſiue Dorotheus Roman⁹, Heraclio Imp. Agilulpho Ital. R. & Lothario Franc. | 3 | 3 | 20 |
| | | | *Vacat.* | | 1 | 16 |
| | | | CONCIL. *Antiſiodorēſe. Lib Cõc.* | | | |
| 4706 | 618 | 71 | q S. BONIFAcius 5. Neapolitanus, Heraclio Imp. Adalualdo ſiue Aduloualdo Ital. R. & Lothario Fr. R. | 5 | | 20 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 13 |
| 4711 | 623 | 72 | r HONORIVS I. Cãpan⁹, eiſdē Impp. & Dagoberto Fr. R. | 12 | 11 | 17 |
| | | | *Vacat ſedes* | 1 | 7 | 13 |
| | | | CONCIL. *Hiſpalenſe 2. Toletanum 4. epiſ. 70. Lib. Concil. Aquilienſe. Volater.* | | | |
| 4714 | 626 | | | | | |
| 4724 | 636 | 73 | SEVERINVS Roman. eiſdem Imperantibus. | 1 | 2 | |
| | | | *Vacat ſedes* | | 4 | 29 |
| | | | CONCIL. *Toletanum quintum epiſ. 21. & Sextum epiſc. 52.* | | | |
| 4726 | 638 | 74 | s IOANNES 4. Dalmata eiſdem Impp. | 1 | 9 | 9 |
| | | | *Vacat ſedes* | | 1 | 13 |
| 4728 | 640 | 75 | t S. THEODOrus 1. ſiue Theodoſius Grecus, Heraclio Conſtantino 3. eius fil. 4. menſibus, Heracleona cum Martina matre an. 2. & Cõſtante 2. (*ſiue Conſtantino 4. ſiue Conſtantio 2. Nam variè appellatur*) | | | |

primus.

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | ex ordine ſucceſsionis Impp. Rhotari Arriano Ita.Reg. Dagoberto Fr.R. | 6 | 5 | 18 | primus Epiſcopus Argentinenſis, Eutropius Epiſcopus Hiſpaniæ, & S.Reginulpha virgo in Gallia.Platin.Sigeb.<br>v Cæſarea regina Perſidis venit Cōſtantinopolim vt baptiſaretur, eóque impulit precibus regem accedere, & cum militū 60. (ſiue vt alii 40.) millibus ablui ſacro lauacro.Diac.lib.18.Plati. |
| | | | *Vacat* | | 1 | 22 | |
| 4734 | 646 | 76 | v *Martyr.* MARTINUS I. Tudertinus, Cōſtāte 2.hær. Monothelitarū, Imp.Rothari It.R.Clodoueo 2.(aliis Ludouic' I.)Fr.R. | 6 | 1 | 26 | Sarraceni maximam partem Aphricæ, & Rhodum cum vicinis inſulis occupant, Siciliam vaſtant, Europam inuadunt. Sigeb. Blond.9.dec.1. Sabel.AEnead.8.lib.8.<br>Oſin. Nordimbrorū Anglorum rex Mercios, eorum rege trucidato, fidem Chriſti ſuſcipere coēgit, Pictos regno Anglorū ſubdidit.Sigeb.in Chron. |
| | | | *Vacat* | 1 | 2 | | |
| 4739 | 651 | | CONCIL. *Lateranenſe epiſc.*150. *contra Monothelitas. Plati.Blon.*9.*dec.*1. *Toletanum ſeptimum epiſc.* 30. *Octauum epiſc.*55.*ſiue* 59. *Nonum epiſ.* 16. *Decimum epiſ.*17. | | | | x Decreuit vt epiſcopi carceres haberent ad delicta clericorum punienda. Volater.& Suppl. Chron. |
| 4741 | 653 | 77 | x EVGENIVS I. Roman', eiſdē Impp. | 2 | 9 | | y Organa & muſica inſtrumenta eccleſiis adhibet.Volater.& Platin. |
| | | | *Vacat.*<br>CONCIL. *Cabilonenſe* I. | 1 | 1 | 8 | S.Berta abbatiſſa & martyr. S.Niuardus Archiepiſcopus Remēſis.Sige. Elogius Nouionenſis, Lampertus Traiectenſis, Florentius Argentinenſis, Claudius Archiepiſcopus in Burgundia, Cæſarius Arelatēſis, epiſcopi & ſancti viri. |
| 4745 | 657 | 78 | y VITALIANUS Volſcus, Conſtāte 2. Imp. Rodoaldo, & poſt eum, Ariperto Ita.RR.Clodoueo, Lothario 3. & Hilderico 2.ex ordine ſucceſsionis Franc.RR. | 14 | 6 | | A primo an. Clotarii Reg.qui fuit Chriſti 662. vſque ad 750. regnum Franciæ gubernatum eſt per maiores domus, ſolo nomine regis penes filios regum remanente, qui domi morabantur luxui indulgentes, & ſemel tantùm in anno videbantur à populo ad Calend.Maii in conuentu publico Lutetiæ, vbi ſedentes in ſolio, ſalutabantur, & ſalutabant, obſequia & dona accipiebant, & aliis rependebant.Sigeb.& Chron.Franc. |
| | | | *Vacat* | | 4 | 15 | |
| | | | CONCIL. *Toletanum* 11. *Romanum epiſ.* 100. *Bracarenſe* 3. *Anglicanum* 1.*Sigeb.* | | | | z Circa hæc tempora ignis ardens excogitatus dicitur à Callinico architecto Syro. vulgus vocat *Feu Gregoys.* |
| 4759 | 671 | 79 | S. ADEODATVS S.Rom. monachus Conſtantino 4. (iuxta alios 5.) Pogonato. i.barbato Imp. Grimoaldo Ital. Reg. Hilderico 2. Franc.R. | 4 | 2 | 5 | Bulgari gens Schytica Pannoniā & Thraciam inuadentes, poſt victum Imperatoris exercitum, cōſenſu ipſius magnam Thraciæ partem occupant Rege ipſorū Bathaia. Sigeb.Blon.lib.9. |
| | | | *Vacat* | | 4 | 20 | Concilium Conſtantinopolitanū finitur ſub Iuſtiniano Rhinotmeto, collectis 227. epiſcopis in ei' palatio, qui dicebatur Trullus. Ibi reconciliatæ ſunt Eccleſia Latina & Græca. |
| 4763 | 675 | 80 | DONNVS I. *ſiue Domnus, ſiue Dōnio* Ro.eiſd.Impp. | 5 | 5 | 10 | |
| | | | *Vacat* | | 2 | 16 | |
| 4768 | 680 | 81 | z AGATHO Sicul. monachus | | | | Notat Platina in eo errorem Monothelitarum magis auctoritate veterum Theologorum, |

| | An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| logorum, quàm ſacræ Scripturæ teſtimoniis exploſum fuiſſe. | | | | Conſtantino 4. Pogonato Imper. Partaritho Ita. Reg. Theodorico Fra. R. | 2 | 6 | 15 |
| a Ex eius decreto pallia gratis largiuntur Archiepiſcopis : licet quotidie baptizare: Oſculum pacis in miſſa inſtituitur. Plati. Volater. Suplem. Chron. Faſcicul. temp. | | | | *Vacat* | 1 | 5 | |
| Iulianus Pomerius Epiſcopus Toletanus. ipſe lib. 3. contra Iud. S. Damianus Ticinenſis. Diaco. lib. 18. | 4769 | 681 | | CONCIL. *Anglicanum 2. contra Monothelitas.* SEXTVM *generale concilium Conſtantinopolitanum 3. Epiſcoporum 351. vel 289. præſẽte Imper. pro duabus voluntatibus in Chriſto, cõtra hæreſim Monothelitarum: et contra patriarchas Antiochiæ, Alexandriæ & Conſtantinopoleos. Cui in locum Agathonis præfuerunt Ioannes Diaconus, & Ioannes Portuenſis Epiſcopus. Lib. Conc. Platin. Diac. lib. 18.* | | | |
| | 4772 | 684 | 82 | a S. LEO 2. Siculus eiſdem Imperãtibus. | | 10 | |
| b Impetrat ab Imper. vt abſque ipſius ſiue Exarchi Rauennæ conſenſu Pontifex Rom. poſſit à Clero & populo eligi. Naucler. Volater. & Supl. Chron. | | | | *Vacat* CONCIL. *Toletanũ 12. Lib. cõcil.* | | 11 | 21 |
| | 4674 | 686 | 83 | b S. BENEDICtus 2. Rom. eiſdem Impp. | | 10 | 12 |
| c Theodoricus concilio Ebroini maioris domus ſynodum Epiſcoporum cogit, in qua multos vt indignos priuat epiſcopatu, alios mittit in perpetuum exilium. Sigeb. | | | | *Vacat* CONCIL. *Gallicanum. Sigeb.* | | 2 | 15 |
| Hic Pontifex ſtatuit Roma. Pont. conſecrari ab Oſtienſi, Portuenſi, & Veliterno Epiſcopis. Volater. qui mos durat etiam hodie, cùm antea tantùm duceretur ad Cathedram D. Petri, vt ei pauliſper inſideret. | 4775 | 687 | 84 | c IOANNES 5. Antiochenus eiſdem Impp. & Iuſtinian. 2. (iuxta alios 3) Iuniore cogno. Rhinotmeto, ab amputato naſo | 1 | 2 | 19 |
| | | | | *Vacat* CONC. *Toletanum 13. & vltimũ.* Schiſma .6. PETRVS Archipresbyter Rom. eccleſiæ, ſedit aliquot dies in ſchiſmate cõtra Theodorũ Papã creatũ: ſed vtroque exacto ſuffectus eſt Papa Conõ. | | | |
| Gotbertus fertur fuiſſe primus princeps Chriſtianus in Germania, & baptiſatus à S. Chilliano, qui propterea vna cũ Ditomanno & Colomanno piis ſacerdotibus tranſfoſſus eſt per cognatos Gotberti. | 4776 | 688 | 95 | CONON ſiue Cuno Thrax ob vitæ probitatẽ dictus Angelic⁹. *Sabel. AEnead. 8. lib. 6.* eiſdem Impp. | | 11 | 5 |
| d Saxonum quidam fidem Chriſti ſuſcipiunt. Plati. | | | | *Vacat* Shiſma 7. THEODORVS R.E. presbyter contra Paſchalem R. E. Archidiaconũ creatũ PP. ſedit dies aliquot. vtriſque pulſis creatus eſt Sergius. | | 2 | 23 |
| Hic PP. quatuor feſtis Annũciationis, & hypapanti Domini, Natiuitatis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ virginis, lætanias aſſignauit, & ſtatuit vt inter communicandum Agnus Dei & cæt. cantarẽtur à clero. Sigeb. in Chron. | 4777 | 689 | 86 | d S. SERGIVS natione Syrus, patria | | | |

Quidam

| An. ab orb. cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Antiochenus. Iuſtiniano 2. vſque ad Leonẽ 2. ſiue Leontium Imp. Partaritho It. R. Theodorico, Clodoueo 3. (ſiue iuxta alios Ludouico 2.) & Hildeberto per ſucceſsionẽ Fr. R. | 13 | 8 | 23 |
| | | | *Vacat* | | 1 | 20 |
| 4790 | 702 | 87 | e M. IOANNES 6. Græcus Abſimaro Tiberio 3. Imp. Chuniberto Ital. R. Hildeberto Fr. R. | 3 | 3 | |
| | | | *Vacat* | | 1 | 19 |
| 4793 | 705 | 88 | f IOANNES 7. Græcus, eiſdẽ Impp. | 2 | 7 | 17 |
| | | | *Vacat* | | 3 | |
| 4795 | 707 | 89 | SISINIVS ſiue Zoſimꝰ, ſiue Soſinus Antiochenus Syrus, Iuſtiniano 2. imperiũ recuperãte, Ariberto It. R. Hildeberto Fr. R. | | | 20 |
| | | | *Vacat* | | 1 | 18 |
| 4795 | 707 | 90 | g CONSTANtinus Syrus Iuſtiniano 2. Philippo ſeu Philippico Bardanio, ſiue Bardeſane Monothelita, & Iconomacho Impp. Ariberto It. R. Hildeberto, & poſteà Clodoueo 4. Fr. R. | 7 | | 20 |
| | | | *Vacat* | | 2 | 10 |
| 4801 | 713 | | CONCIL. *Romanum pro imaginibus retinendis cõtra Philippicum primum Imperatorem Iconomachum. Abbas Vſperg.* | | | |
| 4802 | 744 | 91 | h GREGORIVS 2. Roman. Philippico | | | |

e Quidã ſcribunt hunc Martyrio obiiſſe. Faſcicul. temp.

Palmerius in Chron. inter hunc & Sergium collocat Leonem quendam Pontificem Rom.

Haymo & Strabus fratres doctiſſimi Sig. Plati. Trithemius eos facit recentiores annis multis.

Sarraceni dum Imperatores inteſtinis bellis inter ſe pugnarent, Aphricam & totã Hiſpaniam (exceptis ſolis Cãtabris & Aſturibus) quam circiter 700. annis tenuerunt, duce Abdimara occupant. Naucler. Blond. 10 dec. 1. AEmil. lib. 2. Plati. Vincentius in Specul. lib. 24. cap. 146. Sigebertus ait id accidiſſe ſub Greg. 2. Tunc finitum eſt regnũ Vuiſigotthorum 256. an. ex quo inuaſerant Hiſpaniam, & ex quo Scythia ſunt expulſi 346.

Primus dux Venetorũ electus eſt Paulus Anazat Heraclienſis, anno ab vrbe condita 252. Sabel. AEnead. 8. lib. 7.

f Arithpertus Rex Longobardorum Alpes Coccios iam dudum collatos S.R.E. ſed multis annis à Longobardis occupatos huic Pontifici reſtituit diplomate aureis literis ſcripto. Guilel. de Nangia. Blond. 10. decad. 1.

Sarracenorum 200. millia cæduntur in Syria. Sabel. AEnead. 8. lib. 7.

g Iuſtinianus Imper. Conſtantinum Rom. Põtificem in Nicomediam ad ſe venire iubens, honorificè ſuſcepit ac remiſit: quem proſtratus humi pro ſuis peccatis intercedere rogans, eius pedes primus Imperatorum exoſculatur, & cuncta Rom. Eccl. priuilegia renouat. Diac. lib. 18. Plati. Blond. lib. 10. dec. 1. AEmyl. lib. 2. Suplem. Chron.

Hic PP. ſtatuit ne populus Romanus hęretici Imperatoris nomen, aut chartam, aut figuram de more ſuſciperet. Vnde nec Philippici effigies in eccleſiã introducta eſt, nec nomen ad miſſarũ ſolemnia prolatum. Diacon. lib. 18.

h Blondus & alii nominant hîc Stephanũ quendam 2.

Inſtituit vt in Quadrageſima feria quinta ieiunium & miſſarum ſolemnitas fieret. Sigeb.

Germania inferior prædicationibus S. Bonifacii (vulgò VVnefris) miſſi à Pontifice Rom. fidem Chriſti recipit: & ille Bonifacius fit primus Archiepiſcopus Moguntinus. Plati. Sigeb. Sabel. AEnead. 8. lib. 7.

Quidã Syrus multos Iudęorum ſeduxit, dum ſe Chriſtum falsò aſſereret. Plati.

Sarraceni ab Eudone duce Aquitaniæ vocati in auxilium contra Carolum fil. Pipini cognomento Martellum ſiue Tutiden, Burdegalam capiũt, eccleſias & omnia loca vaſtant Pictauum vſque: quibus occurrens Carolus 380 (vel iuxta alios 375.) millia eorum peremit. Tunc Eudo ipſi reconciliatus eorũ ſuperſtites vſque ad internecionem delet. Sigeb. AEmil. lib. 2. Sabel. AEnead. 8. lib. 7.

VVeſtphalia & Phriſia regiones per S. Vuilibrordum auſpiciis Martelli fidẽ Chriſti ſuſcipiunt. Sabel. AEnead. 8.

Dignitas Exarchatus in Italia occupata à Longo-

| | An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| à Longobardis extinguitur, cùm viguiſſet annos 164. Naucler. Blond. lib.10. dec. 1.<br><br>i Beda Venerabilis Anglus monachus, Sancti, Hubertus, ſeu Guthbertus, & Erminus epiſcopi obierunt. Sigeb.<br><br>Florent Iudocus, Adrianus, Theodorus, Vilibrordus, in Anglia ſancti monachi. Sige.<br><br>Carolus Martellus Lugduno & aliis ciuitatibus captis, Burgundiam ſibi ſubiugat. Item Aquitaniã cæſo Eudone, eiuſque filiis Gaifero & Himaldo victis, Auinium recepit à Sarracenis, quos à tota Gallia expulit. Sigeb. Guilel. de Nangiaco. Plati. Blond. 10. deç. 1. | | | | Bardanio, Anaſtaſio 2. cogn. Artemio, Theodoſio Adiramiteno, & Leone 3. Iſauro Iconomacho ex ordine ſucceſionis Impper. Ariberto Ita. R. Clodoueo 4. ſiue Dagoberto 2. Chilperico 2. Theodorico 2. Cala, per ordinem Franc. Regg.<br>*Vacat*<br>CONCIL. *Auguſtanum apud Vindelicos pro confirmanda fide. Mõſt.* | 16 | 9<br>1 | 11<br>5 |
| Arriana hæreſis repullulat in Hiſpania. Volater. quam Alphonſus Rex Galliciæ extirpauit, vnde nomẽ CATHOLICI ſibi & ſuis poſteris meruit. Mich. Ritius.<br><br>Ioannes Damaſcenus Theologus multa Grecè tunc ſcripſit, & ſi nõnullis credimus, etiam Arabicè. Zonar. tom 3. Suid. Trithemius ait duos fuiſſe Ioan. Damaſcenos, hũc, & alterum ſub Theodoſio Magno. At probatiſſimi hiſtorici vnius dumtaxat meminerunt, qui hac ætate floruerit, & ſanè omnes libri qui eius nomine extant ſuperius tẽpus ferre non poſſunt. | 4818 | 730 | 92 | i GREGORIus 3. Syrus, Leone 3. (qui dictus eſt Conõ, Iconomachus, Theomachus) Imp. Aſprando Ital. R. Theodorico 2. Cala Franc. R. vſque ad Hildericũ<br>*Vacat*<br>CONCIL. *Romanum pro Imaginibus retinendis cõtra Leonem Imp. epiſc. 903. Sigeb. Palmer.* | 10 | 8 | 24<br>8 |
| k Hic primus cœpit Francos iuramento fidelitatis abſoluere. AEmil. lib. 2. can. alius 15. qu. 6. | 4821 | 733 | | | | | |
| Luithprãdus Longobardorum Rex dono ei dedit nomine S. Petri Harniam, Anconam, & Humanam vrbes. Blond. dec. 1. lib. 10.<br><br>Petrus Damaſcenus Epiſcopus in Syria à Sarracenis martyrio coronatur. Sigeb. | 4829 | 741 | 93 | k ZACHARIas 1. Græcus Cõſtantino 5. Copronymo Imper. Rachiſo Ital. Reg. Hilderico 3. Stupido ſiue Inſẽſato Franc. Reg. vſque ad Pipinum Regẽ electũ<br>*Vacat ſedes dies*<br>CONCIL. *Francicum præſide S. Bonifacio Moguntiæ Archiepiſcopo. Naucle.*<br>*Arelatenſe 3. Lib concil.* | 10 | 3 | 12 |
| Childerico Franco. Reg. in monaſterium truſo, Pipinus Martelli fil. dictus Breuis, ex maiore domus, concilio Pontificis à Galliæ proceribus Rex declaratur, & à S. Bonifacio ſiue Benfrido Germanorũ apoſtolo inungitur Sueſſioni. Sige. Regino in Chro. Aimoinus lib. 4. can. 61. cap. alius 15. qu. 6. Nec in eo defecit penitus genus regum Francorum. Nam Blatildis filia Clotarii. 1. nupta Hanberto duci, & ſenatori Auſtriæ peperit Arnoldum, Arnoldus genuit Arnulphum Metẽſem Epiſcopum, Arnulph. Angegiſem, Angeſ. Pipinum Groſſum, Pip. Carolum Martellum, Carol. Pipinum hunc cogno. Breuem. | 4840 | 752 | 94 | STEPHANVS 2. Rom. Conſtanti. | | | |

Blond.

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Imp. Aiſtulfo Ital. & Pipino Fr.RR. | | | 3 |
| 4840 | 752 | 95 | l STEPHANVS 3. dia. 2. Roma. Conſtantino 5. Copronyno Imp. Aiſtulfo, & poſt eum Deſyderio vltimo Longobardorum & Ita. Reg. Pipino Fr.R. | 5 | 1 | |
| | | | *Vacat* | | 1 | 2 |
| | | | CONCIL. *Romanum. Platin.* | | | |
| 4844 | 756 | 96 | m PAVLVS I. Romanus eiſdem Impp. | 10 | 1 | |
| | | | *Vacat* | 1 | 1 | |
| 4854 | 766 | | CONCIL. *Gentiliacum in Francia præſente Pipino & legatis Imperatoris, cōtra Græcos de Trinitate & SS. imaginibus. Sigeb. Abb. Vſper. Lib. Cōc. Rhegino in Chron. AEmil. Lib. 2. Aimoinus Lib. 4. c. 67. Ado in Chron.* | | | |
| 4845 | 757 | | Schiſma 8. Theophylactus Rom. contra Paulum ſedit in ſchiſmate aliquot menſes. | | | |
| 4855 | 767 | | Conſtantinus 2. ex Laico contra canones electus, ſedit. Hunc quidam inter pontifices numerant. | 1 | 1 | 11 |
| 4855 | 767 | | Schiſma 9. Philippus ſiue Philippicus contra Conſtantinum à Laicis & clericis electus ſedit. | | | |
| | | | | 1 | | 24 |
| 4856 | 768 | 97 | n STEPHANus 4. dictus 3. Siculus monachus, Conſtantino 5. Imp. Deſyderio Ita. R. Carolo I. Magno Fr.R. | 4 | 5 | 24 |
| | | | *Vacat* | | | 9 |
| 4856 | 768 | | CONCIL. *Lateranenſe Epiſcoporū Galliæ 12. et plurimorū Italiæ, cōtra Conſtantinum pſeudopapam. Plati. Palmer. Sigeb. AEmil. lib. 2. Naucler. In eo abrogatur 7. falſa ſynodus Cōſtantinopolitana contra imagines.* | | | |
| 4860 | 772 | 98 | o ADRIANVS I. Romanus Conſtātino 5. poſtea Leone 4. eius fil. Imp. vſque ad Eirenem Imperatricē cum fil. Conſtantino | | | |

l Blond. lib. 1. decad. 2. & Irenic. 3. c. 70. nominant hoc loco Gregorium 4. cui volunt Pipinum dediſſe Rauennatem Exarchatum. Plati. & Regino id referunt ad Stephanum.

Deficiente Orientis Imperio & Imperatore catholicos vexante, hic pontifex inſignia, dignitates, & titulos Imperii ad reges Francorum transfert. Palmer. in Chron. Naucler.

Turci ſiue Turcomanni ex Scythia Hyperboreiſque montibus erumpentes, Halanos, Colchos, Armenios, ad extremum Perſas & Sarracenos gladio infeſtarunt, rege eorum Selduch. Egnati. lib. 2. Guilel. Tyrius lib. 1. de Hieroſ. cap. 7. Plati. Tūc ſuaſu Chriſtianorum incœperunt ſe in modum crucis tondere propter luem quæ apud eos graſſabatur. Sigeb.

m Pipinus rebellātem Gayferū ſeu Vulpharium Ducem Aquitaniæ ſeptem annuis præliis vicit, & totam Aquitaniam ad Garonnam fluuium vſque iterū ſubegit. Sigeb.

Pipinus creauit Senatum, vulgo Parlamentū, mobile quidem, nunc autem ex Cōſtitutione Hutini Regis ſtatarium Lutetiæ Pariſiorum. Gagui. lib. 4.

Theophylactus Patriarcha Antiochenus, ſcriptor eccleſiaſticus. S. Sturmius primus Abbas Fuldenſis. S. Burchardus Epiſcopus Herbipolenſis ducatum Orientalis Franciæ nactus eſt à Pipino: nec is eſt qui omnia decreta Conciliorum & Pontificum digeſſit in locos communes. Sigeb. Iren. lib. 3. c. 76.

n Carolus Magnus Aquitanos omnes & Vaſcones in deditionem accipit, & bellum Aquitanicum finit capto Hunaldo Duce Aquitaniæ, & tota eius familia. Iuxta Dordonam fluuium ædificat caſtrum Francicum (ſic enim legitur apud Eginardum) ſiue, vt vulgò, Fronſiacum (quaſi, vt quidam ludūt, Frons Sarracenorum.) Sigeb.

Cōſtantinus Imp. omni ſcelere imbutus, Deo auerſus, tyrannus, apoſtata, veſanus, Veneris cultor mactatione puerorum, magus, & ſacrilegus (aiunt Palmer. Sige. & Suidas) catholicos, qui SS. imagines apud ſe habebant, & poſt votum vxorem nolebant ducere, ac ſe à iuramentis & immundiciis abſtinebant, crudeliſſimè aflixit, vt plures ociderit martyres, quàm vllus vnquam Imperatorum gentilium. Sigeb. in Chron. vnde igne cæleſti periit. Sigeb.

o Inſtituit diplomata, ſeu literas Apoſtolicas, quas Bullas vocāt, plumbo obſignari, vt diuturnius eſſet ſigillum: nam antea vtebantur cera. Polyd. Virg. lib. 8. de inuent. rer. c. 2. Alii hoc referunt ad Stephannm 3. Statuit vt quotidie in atrio Lateranenſi alerētur 100. pauperes. Plati. Scripſit libros contra Iconomachos. Sigeb.

Carolus in Italia ab Adria. vocatus contra Longobardos, inuiti & nolentis Pontif. pedes exoſculatur. Platin. AEmil. lib. 2. Donationem à Pipino Patra factam Roman. Eccleſiæ non tantùm confirmauit, ſed etiā auxit. Plati.

Vicit Longobardos capto Deſyderio eorum rege vltimo, in quo defecit regnū Longobardo-

| | An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| gobardorum anno à quo cœperat 204. ſiue 213. ſiue 224. (neque enim conuenit inter ſcriptores) Blond. dec. 2. lib. 1. | | | | 6. Deſyderio Ital. R. Carolo I. Magno Fr. Reg. | 23 | 10 | 17 |
| Carolus ritum cantus eccleſiaſtici à Romana Eccleſia ad Gallias tranſfert. Sigeb. AEmil. lib. 2. | | | | | | | |
| Primus Flandriæ Comes deſignatur à Carolo Lidericus Harledecenſis. Iac. Meir. de Flandr. Sigeb. | 4861 | 773 | | CONCIL. *Lateranenſe (quod Sige. vocat vniuerſale) præſente Carolo & Epiſcop. 153. Sigeb. & Lib. Concil.* | | | |
| Spoletini, Reatini ſeſe & vrbes agróſque S. Petro & Rom. Pontifici ſubdiderunt. AEmil. lib. 2. Blond. dec. 2. lib. 1. | | | | *Hiſpanicum contra Felicem hæreticum. Aimoin. Lib. 4. cap. 83.* | | | |
| Saxones cæſis ſuorum 30. mill. ſeſe tandē poſt bellum 33. annorum Carolo dedunt, & quia à Chriſto defecerant, Chriſtiani iterum fiunt, & VVidekindus eorum Dux ex ſacro fonte à Carolo ſuſcipitur. Sig. & Chr. Miſnēſe. Krant. lib. 2. hiſt. Sax. cap. 6. Eginhar. Aimoin. lib. 5. cap. 4. | 4882 | 794 | | S. SEPTIMVM *vniuerſale Cōcilium, Nicenum 2. contra Iconomachos pro retinēdis imaginibus, et Græcos pro S. Spiritus à filio proceſsione, Epiſ. 350. Palmer. in Chron. ſiue 325. Naucler. ſiue 306. ſiue 342. ſiue 330. Cui loco Adriani (qui illud celebrandum curauerat) præfuerūt Petrus archipresbyter, & Petrus monachus presbyter. Ab. Vſperg. Lib. concil. Adrianus illud confirmauit Iuo Parte 4. ca. 127. & 128.* | | | |
| Leo 4. Imp. Coronam aureā, quam Mauritius Deo vouerat, ex Eccleſia S. Sophiæ abripiens & capiti imponens, carbūculis in eo enatis febre correptꝰ miſerè periit, vltione diuina, vt putatur. Blon. dec. 2. li. 1. Plat. | | | | | | | |
| In Concilio Lateranenſi electio Rom. Pontificis Archiepiſcoporum & epiſcoporū cū omnibus inueſtituris ſub pœna anathematis & bonorū publicatione cōceſſa eſt Carolo Mag. Sigeb. & Ca. Hadrianus & Ca. in ſynodo 63. diſt. Ita tunc primùm tutela Ro. Pontificis à Conſtantinopolitanis Impp. ad Carol. Mag. Imp. & eius ſucceſſores, quorū eſt confirmare electionem, tranſlata eſt. | 4878 | 790 | | *Francfordienſe, Epiſcoporum Gallo. Germa. & Italorum, præſentibus Legatis Adriani, Theophilo ſeu Theophilatio, ac Stephano epiſcopis, contra Felicem Vrgelitanum ſeu Orieltanū Epiſcopum, qui adoptionē humanæ naturæ Chriſti inducebat: & contra Conſtantinopolitanam ſeptimam pſeudoſynodum, pro retinendis SS. Imaginibus in ornamētum Eccleſiæ & memoriam rerum geſtarum. Regino in Chron. Aimoin. lib. 4. de geſt. Franc. cap. 85 AEmil. lib. 2. Ab. Vſperg. Ferunt quidam in eo concilio damnatum fuiſſe Concilium Elibertinum epiſ. 19. presb. 36. in Hiſpania paulò antea celebratū: ſed quomodo id ſtare poſſit non ſatis video, quòd Granatæ regnum, in quo eſt ſita vt volunt Eliberis, tunc eſſet penes Mauros. Non minus errāt Magdeburgenſes rapſodi, qui iſtud Conciliū referunt ad an. 700.* | | | |
| Pa. Diaconus Aquileienſis Cancelarius Deſyderii ſimul cum eo à Carolo captus, integram Hiſtoriam Longobardorum, ſiue Langbardorum, annorum 205. vſque ad an. Chriſti 773. conſcripſit. | | | | | | | |
| n Coronauit an. 800. vel 801. in Imp. Carolum Magnum, petente vniuerſo populo & ter acclamante, Carolo Auguſto & à Deo coronato Magno & pacifico vita & victoria. Inde factum eſt vt etiam hodie Imperatores Occid. inungantur & conſecrentur à Rom. Pontifice. Sabel. AEnead 8. lib. 9. Blond. dec. 2. lib. 1. Aimoin. lib. 4. cap. 90. Sige. Deinceps imperiū Romanū, ſiue Occi. manſit penes Francos ferè 100. annis. | | | | | | | |
| Carolus conuenit de diuidendo Imperio cum Eirene, poſtea cum Nicephoro, vt ille Orienti, ipſe verò Occidēti præeſſet. Plati. Blond. dec. 2. lib. 1. | 4884 | 796 | 99 | n LEO 3. Romanus Conſtantino 6. ſolo, Eirene ſola, Nicephoro, Stauratio Iconomacho, Michaele 2. Caropalate propugnatore SS. Imaginum, Leone 5. Iconomacho, cogn. Amenio, ex ordine | | | |
| Hunni ſiue Auari à fide deficiunt. Sigeb. ſed poſtea à Carolo ſubacti Chriſtiani fiūt. Gagui. lib. 4. Bonfin. de Vngar. decad. 1. hodie vocantur Hungari. | | | | | | | |
| Veneti feriunt fœdus cū Imperatoribus Ori. & Occid. vt neutri ſubeſſent, niſi præſtando vtrique homagium, ſed ſuis legibus vterentur. Naucler. | | | | | | | |
| S. Saluus Epiſcopus Aquitaniæ martyrio coronatur. Sig. Hitto Friſingēſis Epiſcopus verſionē SS. Biblio. pro virili reſtituit. | | | | | | | |
| Carolus duas Academias Pariſienſem & Papienſem inſtituit. Gagui. lib. 4. Sabel. AEnead. 8. lib. 9. Bononiēſem à Theodoſio fundatam renouat. Mut. lib. 9. | | | | | | | |
| Brabantinorum & Flaminginorum origo | | | | | | | |

à Saxonibus

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | ſucceſsionis Orient. Impper. Carolo Mag. Francorum R. & Occid. Imp. vſque ad Ludouicum | 20 | 5 | 18 |
| | | | *Vacat* | | | 10 |
| 4901 | 813 | | *Carolus quinque Concilia reformatoria (vt vocant) celebrari fecit per Gallias. Sigeb. & Aimoin. lib. 4. cap. 101.*<br>*Moguntinum,*<br>*Remenſe,*<br>*Turonenſe,*<br>*Cabilonenſe 2.*<br>*Arelatenſe 3.* | | | |
| 4905 | 817 | 100 | STEPHANVS 5. dictus 4. Leone 5. Orie. Imp. Ludouico I. Pio Occid. Imp. & Fr. Rege | | 6 | 24 |
| | | | *Vacat* | | | 11 |
| 4905 | 817 | 101 | q PASCHALIS I. Romanus, monachus, Leone, 5. cognomento Amenio, & poſt eum Michaele 3. cognomẽto Traulo. i. *Balbo*, Iconomachis Orie. Imperatoribus, Ludouico Pio Occid. Imper. & Franc. Reg. | 7 | 3 | 17 |
| | | | *Vacat* | | | 4 |

à Saxonibus in Franciam à Carolo Magno tranſlatis. A Emil. lib. 3.

Duodecim Pares Franciæ inſtituti à Carolo: ſex Eccleſiaſtici, Remẽſis Archiepiſcopus, Landunenſis, & Lingonenſis Epiſcopi duces, Bellouacenſis, Nouionẽſis, & Cathalanenſis Epiſcopi comites: ſex Laici, qui hodie mutantur pro arbitrio Regũ. Gagui. li. 4.

Guido Caroli Mag. Comes totam Angliã in deditionem accepit, & arma Regũ & Ducum, qui ſe dederant, ſubſcriptis nominibus ſingulorum obtulit Carolo. Atque ita tunc primùm tota Anglia à Gallis ſubiugata eſt. Guilel. de Nangiaco.

Carolus ſibi ſubegit omnem Aquitaniã, Vaſconiam, & vniuerſas Gallias, Italiam, Germaniam, Hungariam, Sclauoniam, Baioariam ſeu Bauariam, Daciam, Saxoniam, Angliam, Britanniam, Friſiam, & optimam partem Hiſpaniæ. Guilel. de Nangiaco.

Alchuinus ſiue Albinus præceptor Caroli, Claudius, Iſuardus, Bedæ auditores, viri doctiſſimi, primi ornãt ſcholam Pariſienſem. Hinmarus Epiſcopus, Egidius Atheniẽſis, Eginhardus Caroli Cancellarius, Turpinus Remenſis Archiepiſcopus, Bertramus presbyter clarent.

Paul. Diaconus iuſſu Caroli vitas Sanctorum conſcripſit, ex quibus Carolus vnicuique feſto anni conuenientem lectionem quæ in Eccleſia legeretur, aſſignauit. Sigeb. Quidam tribuunt Paul. Diacono hymnum: *Vt queant laxis*, &c. alii Alchuino.

Carolus Ma. triennio ante obitum teſtamento diuidit Gazas ſuas in tres partes: vnam ſecũdum morem Chriſtianorum filiis, ſeruis domeſticis, & pauperibus: duas alias 21. Metropolitanis Eccleſiis, quæ ſolæ ſuo Imperio ſuberant, ex quibus erat Burdegalenſis, impertitus eſt. Sigeb. in Chron. & Gagui. lib. 4. Aimoin. lib. 5. c. 10.

Carolus Mag. nouẽ Cathedrales ſeu Epiſcopales ſedes erexit: Monaſterienſem Lugdero præſule, Mindenſem Heriberto præſ. Halberſtadenſem in Saxonia Hildegrino præſ. Oſnaburgenſem in Saxonia S. Vuihone præſ. Bremenſem Vuilchado præſ. Padeburnenſem Harimario prę ſ. Verdenſem Suniberto pr. Hamburgenſem Heridago præſ. Hildemenſem Gunthero pr. Duos Epiſcopatus in Metropolitanas ſedes, Hamtuagẽſem, Saltzburgenſem, ſeu Iuuanẽſem. Kranti. lib. 1. Saxon. cap. 5. 6. 10. & lib. 2. c. 14. Irenic. lib. 3. c. 40. & 44. Cornipolit. in Chron.

Michael Curopalates Imp. Ori. monacho cuidam in Sanctas imagines iniurio linguã excidi iuſſit. Zona. in Mich. Errant enim qui ſcribunt eum fuiſſe Iconomachum.

q Ludouicus Imper. renuntiat iuri eligẽdorum Pontificũ, & Romanis reſtituit. Cõfirmat donationes factas Rom. Pontif. Volat. lib. 3. ca. Ego Ludouicus, & ſeq. diſt. 63.

In Tullenſi territorio iuxta villam Commerciacam puella quædam circiter annorũ 12. poſt ſacram Communionem, primò per decem menſes pane, deinde omni cibo & potu per triennium abſtinuit. Aimoin. lib. 4. cap. 113. & Sigeb.

Ludouicus Lotharium primogenitum fil. Italiæ Regem imperiique conſortem fecit: Pipinum ſecundò natum Aquitaniæ: Ludouicum Iuniorem Bauariæ Reges deſignauit. AEmil. lib. 3. Blond. lib. 2. deca. 2. Kranti. lib. 2. cap. 25. Quæ diuiſio, licet ſacramētis Optimatum Imperii confirmata, mortuo patre maxima bella & cruentas ſtrages peperit, vt nulla maior cædes legatur apud Francos vnquam extitiſſe. Gagui. lib. 4. & Naucler. in Chron. Verùm aliquandiu pòſt inito fœdere aliter inter ſe & Carolum Caluum Regnum diuidunt.

r Rabbanus Maurus Fuldenſis Abbas, & poſtea ſub Leone 4. Moguntinenſis Archiepiſcopus, Strabus Fuldenſis Monachus primus ſcriptor Gloſſæ ordinariæ, Haymo Alcuini auditor, & tertius Halberſtatenſis Epiſcopus, S. Auſgarius Epiſcopus Hamburgenſis, Amalaricus Treuerenſis, Anſegiſus Abbas Lobienſis, Angelonius, viri celebres & ſcriptores Eccleſiaſtici. Trith. Kranti. lib. 2. cap. 25. Sigeb. in Chron.

Suetia & Dania tunc primò fidem Chriſtianam profitentur, Rege Danorum Harioldo ſiue Hunoldo, ſiue etiam Horaldo cū coniuge & filiis baptizato Mogūtiæ. Aimoi. lib. 4. cap. 114. Sigeb. Saxo Grammati. lib. 9. de Dania. At paulò poſt à fide deficiunt.

Inſtrumentum muſicum vulgo Organū tunc primùm cœpit in Francia ad Græcorū imitationem, induſtria cuiuſdam Georgii & ſumptibus Ludouici Regis. Aimoin. lib. 4. de geſt. Franc. cap. 114.

s Feſtum omnium Sanctorum iam ante 220 an. inſtitutum Romæ, monēte hoc Pōtifice, & cōſentientibus vniuerſis Epiſcopis, Ludouicus Imp. in Gallias & Germaniam inuexit. Sigeb. Guilel. de Nangiaco.

Aimoinus ſiue Annonius monachus & notari⁹ monaſterii S. Germani Pariſiorū, hiſtoriā Francorū ad hęc tēpora cōſcripſit. Ipſe lib. 4. cap. 113. & aliàs ſæpe. Certiſsimum argumentū falsò ei adſcribi integrum librū quintū, cùm contineat hiſtorias vſque ad an. 1165.

Annona, ſiue Manna vt alii volūt, ſimilis frumēto pluit de cœlo in Vaſconia apud pagū Aginēſem. Aimoi. li. 4. ca. 115. Sige. in Chr.

t Hic PP. fuit vir pius, primusq; Pontificū mutauit nomen ſuum. Plati. Succeſſores magna ex parte eum ſunt immitati.

Auſtraſia ab Lothario Imp. qui ei imperabat Lotharingiæ nomē obtinuit. Plat. Fallūtur qui ſcribunt eū fuiſſe Regē Fran. & Imp.

Galliæ pars ab Oceano Britannico vſq; ad Moſam fluuium, ex quo ceſſit Carolo Caluo poſt diuiſum Regnum inter fratres, deinceps obtinuit nomen Franciæ. Sigeb.

Radulphus iuxta quoſdam primus Aquitaniæ Dux, cùm antea eſſet Regnum.

v Anaſtaſius Bibliothecarius Rom. Eccleſiæ in Rom. Cōcilio ab officio & ſacerdotio deponitur, quòd parochiam ſuam annis quinque deſeruiſſet. Plati.

Adilulphus, ſeu Athulphus Rex Angliæ Inſulā ſuā voto tributariam facit Pontifici, abundantius quàm fecerant ſuperiores Reges, Inas 11. Anglorū ſiue Occiduorum Saxonum Rex, & Offa Merciorum Rex, an. Chriſti 740. Polyd. lib. 4. & 5. Angl. & Sabelli.

Theodora iuſſit SS. Imagines in templis reſtitui. Zonar. in Theodor.

| Ann. ab orb. cō dito. | Anni à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4908 | 820 | | CONCILIVM Aquiſgranēſe primum & 2. pro Canonicorū regula, & contra Iconomachos. Plati. Sigeb. Lib. concil. Valefrid. Strabo lib. De exordi. & increm. rerum Eccleſ. cap. 8. Aimoin. lib. 5. cap. 10. Nauclerus collocat ſub Gregorio 4. | | | |
| 4911 | 823 | | Romanum Epiſ. 30. Plati. Sigeb. Blond. dec. 2. lib. 2. | | | |
| 4912 | 824 | 102 | r EVGENIVS 2. Rom. cogn. pater pauperum, Michaele 3. Balbo Iconomacho Orient. Imp. Ludouico I. Pio cum fil. Lothario Imper. & Franc. Reg. | 4 | 6 | 24 |
| | | | *Vacat* | | | 3 |
| | | | Schiſma 10. ZINZINVS in ſchiſmate contra Eugenium à quibuſdam creatus ſedit dies aliquot. | | | |
| 4916 | 828 | 103 | VALENTInus Roma. eiſdem Imperantibus | | 1 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 3 |
| 4916 | 828 | 104 | ſ GREGORIus 4. ( *aliàs Leo* 4.) Roma. eiſdem Impp. & Theophilo Iconomacho Orie. Imp. | 16 | | |
| | | | *Vacat* | | | 15 |
| | | | CONCIL. Romanum. Plati. | | | |
| 4932 | 844 | 105 | t SERGIVS 2. Rom. Theophilo Orie. Imp. Lothario Occid. Imp. Carolo 2. Caluo eius frat. Franc. Reg. | 3 | | |
| | | | *Vacat* | | 2 | 15 |
| 4935 | 847 | 106 | v LEO 4. ( *Sigeb.* 5.) Roma. eiſdem Impp. & Theodora cum fil. Michaele 4. Orie. Auguſta | 8 | 3 | 6 |
| | | | *Vacat* | | 2 | 15 |

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 4936 | 848 | | CONCIL. *Romanũ Epiſc.47.ſiue 64.Plati.* *Moguntinum, in quo Godeſcalcus hæreticus damnatur. Sigeb. & Bernard. de Lutzemb.* | | | |
| 4943 | 855 | 107 | x BENEDIctus 3.Rom.nolens & inuitus PP.creatus Michaele ſolo Orie.Imp. & Lothario monaſterium ſpontè ingreſſo, Ludouico 2. Occid. Imp.Carolo 2.Cal.Fr. R.ſedit | 2 | 6 | 9 |
| | | | *Vacat* | | | 15 |
| | | | Schiſma 11. Anaſtaſius 3. contra Benedictum ſedit dies aliquot, non longè poſt coactus abdicauit. | | | |
| 4946 | 858 | 108 | y NICOLAVS I.magnus et piiſsimus Romanus, abſens & inuitus eligitur, Michaele ſolo Orie. Imp. Ludouico 2.Occiden. Imp. Carolo 2. Caluo Fr.R. | 9 | 7 | 13 |
| | | | *Vacat* | | | 7 |
| 4953 | 865 | | CONCIL. *Romanum contra duo prouincialia, Metenſe & Aquiſgranenſe Epiſ.113.Plati. & Li. Conc. Rhegin.li.2.* | | | |
| 4956 | 868 | 109 | z ADRIANVS 2. doctus & optimus Roman.eiſdem Impp. & Baſilio Ori. Imp. | 5 | 9 | 12 |
| | | | Vacat | | | 12 |
| 4956 | 868 | | *Concil. Vuormacienſe contra errores Græcorum.* | | | |
| 4958 | 870 | | OCTAVVM *vniuerſale Concilium Conſtantinopolitanum 4. Epiſ.383. ſiue 300.contra Photium inuaſorem ſedis Conſtantinopolitanæ. In quo etiam can.3.latum eſt anathema contra Iconomachos. Præfuerunt legati Adriani Donatus Hoſtienſis, Stephanus Drepeſinus ſiue Nepheſinus, Epiſcopi, & Marinus diaconus. Plati. & Lib.Concil. Aimoin. lib.5.cap.25.* | | | |
| 4962 | 874 | 110 | a IOANNES 8. Roman.doctus, antea | | | |

Nortmani, ſiue Dani, Gallias bellis infeſtant, Aquitaniã & eius metropolim Burdegalam, Pictauos, Sanctones, Aurelianenſes, Turonẽſes, Pariſienſes, & multa alia oppida depopulantur. AEmil. lib.3. Blond. lib. 2.dec.2.

Suidas meo iudicio floruit circa hæc tempora. Errant enim qui eum antiquiorem faciunt, nam meminit eorum qui hæc tempora attigerunt.

Nicolaitarum hæreſis repullulat. Sigeb.

x Poſt Leonem 4. nonnulli recentiores nominant quendam Ioannem 8. ſiue vt Sabellicus numerat, 7. Anglicum, quem nugantur emẽtito ſexu ſediſſe an. M. I. I. D.4. alii Ann.2. cum ſemiſſe. Tamen cùm nemo illius ætatis, aut etiã eorum qui 400.an. pòſt ſequuti ſunt, quidpiam tale meminerit, imò nec Ioannis alicuius hoc loco, quo ſolet collocari, mentionem fecerit, perſpicuum inde fit illud eſſe commentum recentiorum, fortaſſe in odium Romanæ ſedis poſt diſſidium coortum inter Rom. Pontifices & Imperatores, deinde à Martino Polono, qui huius fabulæ primus ſcriptor reperitur, temerè conſcriptũ, niſi hoc illi forſan adſperſum ſit: licèt nec ipſe, nec alii poſt eum vt veram & certam hiſtoriã, ſed quaſi ab incerto rumore acceptam referant, ac proinde tam variè, vt vix duo conueniant in omnibus. Nec obeſt Sigebertum in Chron. teſtari ſuo tempore huius rei fuiſſe famam: nã id Sigeberto affictum ſatis fidẽ faciunt tum antiqua eius manu ſcripta exemplaria, quæ nullam huiuſmodi narrationem complectuntur, tum Chronica Guilel. de Nangiaco in quibus cùm totus alioqui Sigeberti liber deſcriptus ſit, huius rei nulla fit mentio. Valeant igitur qui iactant ſuas aniles nugas de quadam ſtatua fœminæ, & ſede ſtercoraria.

y Hic mirè variant Hiſtorici in adnotatione annorum.

Slaui & Dalmatę vnà cum Sueropilo ſuo Rege, prædicationibus Cyrilli & Methodii fratrũ Chriſtiani fiunt. Chron. Pollon. Bonfin. lib.10.dec.1. Blond deca. 2. lib.2.

Theodoricus ex genere Regũ Francorũ, primus Comes Hollandiæ cõſtituitur à Carolo Caluo. Mater hiſtor.

Hunni & Bulgari magna ex parte cũ ſuo Rege Trebellio (qui paulò poſt ingreſſus eſt monaſterium) iterùm ab idololatria ad Chriſti fidem ſtudio Rom. Pontificis conuertuntur. Plati. Sigeb. & Regi. lib.2.

Britanni ingenti numero Gallias ingreſſi, cuncta ferè deprædantur. Palmer.

Ann.869. in agro Brixienſi triduo ſanguinem pluit.

z Hic primus Alfredum ſextum Anglorũ Regem corona regia inſigniuit. Polyd. lib.5. hiſt. Anglic.

Tunc primò Græci cœperunt vti campanis beneficio Venetorum. Sabel. AEnead.9. lib.1.

a Scripſit quatuor libris vitam D. Gregorii Pontificis Romani. Supl. Chron.

Tres Imperatores coronauit intra quatuor annos, quod nulli alii Pontificum vn-

| | An. ab orb. cō dito. | An. à Xp̄o. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| quam contigit. AEmil. lib. 3.<br>Remigius Antiſſiodorenſis. Ioan. Scotus (alter à Franciſcano doctore ſubtili, nam Palmerius videtur confundere) Dionyſii Hierarchiam in Latinum è Græco trāſtulit. Sigeb. Naucler.<br>Nortmani ſiue Dani totum Angliæ tractum à Septentrionali parte Tamaſis fluuii ſibi ſubiecerunt, poſteà Galliam repetē-tes Andegauum vrbem occupant. Guilel. de Nangia.<br>Anaſtaſius Romanæ vrbis Bibliothecarius vertit è Greco in Latinū Dionyſii Hierarchiam & ſeptimam Oecumenicam ſynodum Nicenam. Naucler.<br>Britones mortuo Salomone eorū Rege, de regno inter ſe contendentes, à crebris Galliarum incurſionibus ceſſarunt. Palme. in Chron.<br>b Guilelmus Dux Aquitaniæ & Aruerniȩ Comes, vir pius, Cluniacenſe monaſterium in fundo paterno inchoauit, & Bernonem primum Abbatem præfecit deſignatis prouentibus ad victum monachorum. Plati. | | | | Cardinalis, eiſd. Imp. & Carolo 2. Caluo, Ludouico 3. dic. 2. Balbo, per ordinem Occid. Impp. & Fra. Regib. Carolo 3. Craſſo ſiue Groſſo, primò 2. annis cū Balbo, poſtea ſolo Occid. Imp. & Ludouico 4. cum fratre Carolomanno, filiis ſpuriis Balbi Franc. Reg. | 10 | | 2 |
| | | | | *Vacat* | | | 3 |
| Nonnulli hiſtorici ſecuti Sigebertum in Chron. poſt Marinum PP. nominant quēdam Agapitum PP. qui ſederit an. 1. & inter hunc & Stephanum collocant Baſilium, quem volunt ſediſſe an. 4. Nos ſequimur Platinam & magnam partem ſcriptorum. | 4967 | 878 | | CONCIL. *Trecenſe præſentibus Romano Pontifice & Ludouico Balbo Franc. Reg. qui ibi à Pontifice eligitur Imperator. Sigeb. Palmer. & ca. Miror cum ſeqq. diſti. 50. Aimoin. Lib. 5. cap. 37. In eo Flandri fiunt Tornacenſis dioceſeos. Plati.* | | | |
| Nortmani poſt varias incurſiones in Franciam à Carolo ſubacti, cum Rollode Duce ſuo (qui poſtea dictus eſt Robertus) baptizantur, & ex contractu matrimonii Ducis eorum cum Giſla filia Simplicis, habuerunt ad habitandum vltra Sequanam fluuium Neuſtriam regionem (quòd ea eſſet rebellis in Francos) eamque ex ſuo nomine Nortmaniam vocauernnt. Blond. dec. 2. lib. 2. Guilel. de Nangiaco.<br>Albategnes ſummus Mathematicus omnium exactiſſimè comperit annum ſolarē conſtare diebus 365. & quarta diei minus centeſima ſexta parte ipſius diei, vt ipſe ſcribit. cap. 52. & 53. libri ſui. | 4972 | 884 | 111 | MARTINVS 2. (*ſiue priori nomine vt quidam aiunt*) Marinus 1. Gallus, Baſilio Orie. Imper. Carolo 3. Occid. Ludouico & Carolomāno Frā. Regibus | 1 | 5 | |
| Gens Ruſſica cura Baſilii Imper. poſt miraculum libri Euangeliorum ab igne illæſi fit Chriſtiana. Zonar. tom. 3. | 4973 | 885 | 112 | b ADRIANVS 3. Roma. eiſdē Impp. | 1 | 2 | |
| Multi Iudæi præbita & promiſſa ipſis ab Imper. Orientis pecunia, Chriſtianam fidē amplectuntur. Ibidem.<br>c Supplicium feruentis aquæ & candentis ferri (quod in vſu quæſtionum erat) prohibuit. ca. Conſuluiſti 2. qu. 5.<br>Bulgari ruptis fœderibus bellum gerunt cum Græcis, ſed eos deuicit Leo Imp. nec non & Agarenos. Zonar. tom 3. & Cedrenus.<br>Leo Imper. ob quartas nuptias notatur cenſura Eccleſiaſtica. Ibidem.<br>Sarraceni ex Aphrica in Italiam deſcendentes, Fraxinetum caſtrum occupant, & ex tunc magno exitio Italiæ eſſe cœperunt. Sigeb. Guilel. de Nangia.<br>d Hic Arnulphum Imperatorem coronauit. Rhegi. lib. 2. Blond. lib. 2. dec. 2. Sigeb. | 4974 | 886 | 113 | c STEPHAnus 6. dictus 5. Rom. Leone 6. Philoſopho Orie. Imp. Carolo 3. Occid. Imp. & Fran. Rege ad Eudonē ſiue Odonem ſeu Ottonē Fr. Reg. vſque, ſedit | 6 | | 11 |
| | | | | *Vacat* | | | 5 |
| Hatto Abbas & Moguntinēſis Archiepiſcopus. Sigeb.<br>Negligentia Epiſcoporum multi abuſus | 4980 | 892 | 114 | d FORMOSVS Rom. eiſdem Imper. | 5 | 6 | |

irrepſerunt

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Schiſma 12. Sergius 3. electus in ſchiſmate contra Formoſum ſedit dies aliquot. | | | | irrepſerunt in Eccleſiam, qui propter bella non poterant reprimi. Plati. |
| | | | *Vacat* | | 2 | | |
| 4983 | 895 | | CONCIL. *Triburienſe Epiſc.26. pro tuenda Epiſcopali auctoritate, contra quoſdam Laicos. Rhegi.lib.2.Chron. & Gratian.2.qu.5.Sigeber. illud reiicit ad an.899.* | | | | Cyrillus Morauorū præſul Suatocopum Regem Morauię ad fidem Chriſti perduxit. AEneas Syl.hiſt.Bohemiæ ca.13. |
| 4986 | 898 | 115 | BONIFACIus ſextus Tuſcus (*ſeu vt aliis placet Romanus*) eiſdem Imperantibus. | | 26 | | Ioan.le Maire 2.parte promptuarii Concil. ſcribit Viennæ Delphinatus in Gallia ſub Formoſo an.892. iuſſu Ludouici Balbi celebratum fuiſſe Concilium Epiſcoporum Galliæ, præſidibus Paſchali & Ioāne legatis Pontificis Rom. ſed vt multis aliis in locis, ſic hic nimium credulus fuiſſe videtur: nam certum eſt ex Sigeb. Naucler.& aliis, Ludouicum Balbum obiiſſe an.880.& non potuiſſe attingere tempora Formoſi. Quod ſit adnotatum propter eos, qui tale concilium ſatis imprudenter proferunt contra Eccleſiaſticum cœlibatum. |
| 4986 | 898 | 116 | STEPHANVS ſeptimus dict. ſextus Romanus, eiſd. Impp. | 1 | 3 | | |
| | | | *Vacat* | | | 3 | |
| 4987 | 899 | 117 | ROMANVS, Galleſianus Tuſcus, eiſd. Impp. | | 3 | | e Hungari è ſuis finibus erumpentes, ope Arnulphi Imperatoris Saxoniam, Thuringiam, Alemaniam, Franciam & Italiam ferro igneque vaſtarunt. Sigeb. Regino lib.2. Guilel. de Nangiac. |
| | | | *Vacat* | | | 8 | |
| 4987 | 899 | 118 | THEODOrus 2.Rom.eiſd.Impp. | | | 20 | |
| | | | *Vacat* | | | 11 | Fames maxima hoc tempore, vt multi cogerētur veſci humanis carnibus. Ab.Vſper. |
| 4987 | 899 | 119 | e IOANNES 9. Romanus, monachus eiſdem Impp. & Carolo 4.Simplice Fr.Reg. | 2 | | 15 | Infœlix ſeculum, exhauſtum hominibus ingenio & doctrina claris, in quo nihil ferè dignum memoria poſteritatis geſtū eſt: vnde ferunt tunc repertum fuiſſe quoddam monſtrum capite canino & cæteris membris humanis, quod ſtatus illius temporis mirificè referret. |
| | | | *Vacat* | | | 9 | |
| 4987 | 899 | | CONCIL. *Rauennenſe epiſ. 74. præſentibus Francorum Archiepiſcopis, pro ordinatione Formoſi cōtra ſynodum Stephani, cuius ſynodi acta coram Epiſcopis combuſta ſunt. Plati. Sigeb.* | | | | |
| 4989 | 901 | 120 | f BENEDIctus 4.Roman. Leone 6. Alexandro 2. Conſtantino 7. Leonis fil. per ordinem, Orien. Impp. Arnulpho, & poſt eū Ludouico Iuniore 4.dict.3. Occid. Imp. Carolo.4. Simplice Fr.Rege | 3 | 4 | 6 | f Quidam hunc fabulantur martyrio coronatum Hayburgi, quæ vrbs eſt Germaniæ, nuſquam enim legitur Pontificem Romanum illic fuiſſe pręter Benedictū quintum, qui eo loci relegatus ab Othone Imperatore, tædio animi moritur, vt ait Platina in eius vita. Imperium Occidentis, quo annis circiter centum & decem Franci potiti fuerant, ad Longobardos transfertur, Berengario 4.Lōgobardo Duce Foroiulienſi à quibuſdā Italis electo in Imperatorem, & Vuidone in Regem Italiæ. Blond.dec.2.lib. 2. & Luithprandus lib.1. De rebus per Europam geſtis cap.6. |
| | | | *Vacat* | | | | |

| | An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| g Regino Monachus & Abbas Prumienſis, ſuos annales à Chriſti natiuitate ad annum 905. deduxit. | | | | | | | |
| Floret Luithprandus Ticinenſis Diaconus doctiſſimus, vt ferebant tempora. Plati. | 4992 | 904 | 121 | LEO 5. Ardeatinus. Conſtantino 7. Orient. Imp. & Romano Lacapeno eius vitrico imperium occupante per 26. ānos, Ludouico 4. Occid. Imp. Carolo 4. Simplice Fra. Rege ſedit | | 1 | 10 |
| Sarraceni à Fraxineto & Gareliano mōte exeuntes Calabriam, Apuliam, Beneuentum, ac Romanorum vrbes ita occupant, vt vnamquamque mediam Romani, mediam Sarraceni tenerent. Sigeb. | | | | | | | |
| Annus Chriſti 912. erat an. 1000. conditæ vrbis Florentiæ. Palmer. | | | | | | | |
| h Mortuo Ludouico Iuniore ſine maſculis, genus Carlinguorum, ſeu Caroli Magni defecit in Imperatoribus. Conradus enim Imper. non fuit (vt quidam cenſent) Ludouici filius, ſed Conradi Ducis Saxonū, vti Honor. & Contractus ſcribunt. | 4993 | 905 | 122 | CHRISTOphorus 1. Romanus eiſdem Impp. | | 7 | |
| | 4993 | 905 | 123 | g SERGIVS 3. Rom. eiſdem Imper. | 7 | 4 | 16 |
| Ado Vienenſis hoc tempore hiſtoriam per ſex ætates digeſtam, vſque ad annū 800. perduxit. | | | | *Vacat* | | | 7 |
| Bulgari variis incurſionibus vaſtarunt Græciam. Zonar. tom. 3. & Cedren. | 5001 | 913 | 124 | h ANASTASIus 3. Romanus, Cōſtantino 7. cum Romano Orient. Imp. Conrado I. Occiden. Imp. & Carolo 4. Simplice Fran. Rege | 2 | | |
| Amputato capite ſtatuæ referētis Simeonem Bulgarorum Principem, ipſe ſtatim (quod mirum eſt) compertus eſt mortuus Zonar. tom. 3. | | | | *Vacat* | | | 2 |
| Oddo ſiue Ottho (quem quidam cum Odilone 4. Abbate Cluniacenſi confundunt) inſtituit in Burgundia Ordinem Cluniacenſium ſub regula D. Benedicti. an. 913. Vincentius in Specul. lib. 25. Antonin. 2. parte hiſto. tit. 15. cap. 16. Sabel. AEnead. 8. lib. 1. | 5003 | 915 | 125 | LANDVS, ſiue Lando, Sabinenſis, eiſdem Imperātibus. | | 6 | 21 |
| Vngari & Sarraceni Italiam depopulantur. Antonin. 2. par. hiſtor. ibidem. | | | | *Vacat* | | | 26 |
| i Ludouicus 3. Conradus 1. & Henricus 1. coronam imperii non habuerunt. Hinc nonnulli eos vocant tantùm Germanorum Reges, & non Imperatores. | 5004 | 916 | 126 | i IOANNES 10. Romanus. Conſtantino 7. cum Romano Orient. Imp. Cōrado I. & poſtea Hērico I. Ancipe Occid. Impp. Carolo 4. Sīplice Franc. Reg. & poſtea *fugato in Angliā Ludouico eius filio*, Rodulpho Fra. Reg. | 13 | 2 | 3 |
| Ziptineus Dux Bohemiæ factus eſt Chriſtianus. Sigeb. & Plati. | | | | | | | |
| Guibertus, ſeu Vuicpertus, ſiue etiā Vigipertus (variè enim eius nomen ſcriptum legitur) Princeps Lotharingiæ ingreſſus monaſterium ſanctè vixit. Sigeb. Plati. | | | | | | | |
| Henricus Imper. latronibus & ſicariis valentibus, non modò veniam, ſed arma & agros conferebat, vt ipſis in bello contra Barbaros vteretur. Sigeb. | | | | | | | |
| k Sigebertus & nonnulli alii vocant Leonem hunc Ioannem. Alii eius quidem meminerūt, ſed ante ipſum collocādum cēſent Ioannem vndecimum. Nos ſequimur Platinam & alios plures hiſtoricos. | 5017 | 929 | 127 | k LEO 6. Roma. | | 1 | Nuba |

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Conſtantino cum Romano, Orien. Imper. Hérico I. Occid. Imp. Ludouico 6. dict. 4. ex Anglia reuerſo, Fr. R. | | 7 | 15 |
| | | | *Vacat* | | 1 | |
| 5018 | 930 | 128 | l STEPHANVS 8. dict. 7. Roman. eiſdem Imperantibus | 2 | 1 | 12 |
| | | | *Vacat* | | | 10 |
| 5020 | 932 | 129 | m IOANNES 11. Romanus, eiſd. Impp. | 4 | 10 | 15 |
| | | | *Vacat* | | | 12 |
| 5025 | 937 | 130 | LEO 7. Romanus, Conſtãtino 7. cum Romano Lacapeno Orie. Imp. Otthone I. cognom. Magno, Occid. Imp. vel potius Germanorũ Rege, & Ludouico Fr. Rege | 3 | 6 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 3 |
| 5025 | 937 | | CONCIL. *Erphordienſe contra Imperatorem qui monachos eiecerat è clauſtris. Lambert. Schafna. in hiſtor. German.* | | | |
| 5023 | 940 | 131 | n STEPHANVS 9. dict. 8. Germanus, eiſdem Impp. | 3 | 4 | 12 |
| | | | *Vacat* | | | 10 |
| 5031 | 943 | 132 | MARTINVS 3. (*ſiue Marinus Sigeb.*) Romanus, eiſdem Imperantibus | 3 | 6 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 12 |
| 5031 | 843 | | CONCIL. *Bonnenſe Epiſcop. 22. Lambert. Schafn. in hiſtor. German. & Rheginonis Continuatio lib. 2.* | | | |
| 5035 | 947 | 133 | o AGAPETVS 2. Iunior Roman. eiſd. Imper. & Conſtantino ſolo Orient. Imp. | 7 | 9 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 12 |

l Nuba Danorum, ſeu Normãnorũ Rex ab Henrico Imperatore ſuperatus, cogitur cum ſuis baptiſmũ ſuſcipere, & Boſbo ipſis Chriſtum adnunciat. Vitich. lib. 1. Saxon. & Luithprandus lib. 3. cap. 13.

Henricus Imp. Regem Abroditarũ Chriſtianum facit. Sigeb.

m Torneamenta militaria & equeſtria nobilium tum primùm apud Germanos ſunt excogitata ab Henrico Imper. & magna cũ ſolemnitate Magdeburgi habita ann. 938. in quibus decernitur puniẽda eſſe Magnatum ſcelera. Munſter. in Coſmog.

Fons ſanguinis largiſsimè fluxit Genuæ, in præſagiũ fortaſſe imminẽtis ruinę ipſius: nam eodẽ anno capta eſt à Sarracenis. Martin. in Chron. Sigeb. & Antonin. 2. par. hiſtoriæ, tit. 16. cap. 1. parag. 15.

Brandeburgenſes opera Henrici Imperatoris fiunt Chriſtiani. Munſter. in Coſmogr.

Firtheſtanus primus Epiſcopus Vintonienſis in Anglia. Polydor. lib. 6. hiſt. Angli.

n Antropomorphitarum hæreſis repullulat, dicentium Deum eſſe corporeum, & habere humanam formam. Eos ſua eruditione repreſſit Racherius Veronenſis Epiſcopus. Sigeb. Prius exorta fuerat circa annum 400. Sozom. lib. 8. cap. 11.

S. Huldrichus Auguſtanus Epiſcopus annis 50. S. Conradus Conſtantienſis. S. Vigilbertus Lotharingus.

Meideburgum fit Archiepiſcopatus, & ei ſubiiciuntur ſex ſuffraganei: Merſpurgẽſis, Miſnenſis, Gizenſis, Brandeburgẽſis, Hamburgenſis, & Borenenſis. Kranti. lib. 3. ca. 24. Irenic. lib. 3. ca. 38.

o Ottho bis Italiã ingreſſus, primò vicit Berengarium tertium Italorum Regem, ſecundò cum Regno pellit. Palmer. & Volat. Idem Ottho Magdeburgum ciuitatem Germaniæ condidit, ad petitionẽ Edittæ vxoris ſuæ, cùm antea eſſet ibi tãtùm arx extructa.

Hungari Noricam, Italiam, Franciãque petunt, & Baioariam depopulantes victi ab Otthone, immenſa cæde iuxta Auguſtam vrbem Alemaniæ, necantur. Herm. Contra. in Chron.

Conſtantinus Imperator regnauit cum Leone patre, Alexandro patruo, & matre annos tredecim, cũ Romano Lacapeno viginti ſex, poſtremò ſolus quindecim. Zonar. tom. 3.

| | *An. ab orb. cō dito.* | *An. à Xpo nato.* | *Num. Ponti ficum* | | *Ann.* | *Men.* | *Dies.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| p Ottho à Ioanne 12. coronatnr & inungitur in Germanorum primum Imperatorē, atque à Romano populo ſalutatur Auguſtus. Sigeb. AEmyl. lib. 3. Palmer. in Chron. Luithprand. lib. 6. ca. 6. Fuit primus qui poſt tranſlatum ad Germanos Imperiū Imperiales titulos rectè ſuſcepit. Palmer. | 5036 | 948 | | CONCIL. *Ingelheimenſe Epiſcop. 30. vel 34. præſide Marino ſiue Martino legato Apoſtolico, præſentibus Otthone Germanorum, & Ludouico Francorū Regibus. Herma. Cōtractus in Chron. Lamb. Schafn. in hiſt. Germa. & Continuatio Rheginonis. lib. 2.* | | | |
| Regnum Nauarræ vltra montes Pyreneos, ab Eneco Comite Bigorrę ſumpſit originem, anno 961. Nam è montibus Pyreneis in vicinam Nauarræ planitiem deſcēdens cum magno exercitu, eam totam regionem à poteſtate Sarracenorum eripiens, meruit primus Rex in eo loco ſalutari. Volater. lib. 22. | 5039 | 951 | | *Auguſtanum 2. apud Vindelicos Epiſcop. 25. præſente Imperatore. Her. Contr.* | | | |
| Sequentes Pontifices variè ab hiſtoricis collocantur. Cruces in veſtibus apparuerūt, & ſignum in ſole. Her. Contra. in Chron. Multa horrenda portenta contigerunt. Sigeb. Tres Reguli Hūgarorū bello per Otthonem capti ſuſpendio perierunt: & Hungari ita iterum prælio attriti ſunt, vt vltrà mutire auſi non fuerint. Sigeb. in Chron. | 5043 | 955 | 134 | p IOANNES 12. Romanus, Conſtantino ſolo & poſt eum, Romano cogn. Puero, eius filio Orie. Impp. Otthone I. Mag. Germanorū & Romanorū Imp. & Lothario Frāc. Reg. *Vacat* | 9 | 3 | 5<br>1 |
| Multa monaſteria per Otthonem, aut reſtaurantur, aut ampliantur, aut ædificātur. Sigeb. | 5046 | 958 | | CONCIL. *Ingelheimenſe 2. Epiſ. 16. præſente Otthone. Continuatio Rheginonis.* | | | |
| q Hic damnato per contumaciam Ioanne 12. in Concilio Romano, ex Laico electus eſt Roman. Pontifex: vnde natæ ſunt Romæ maximæ ſeditiones. Sigeb. Palmer. Luithpr. lib 6. cap. 8. & 9. Ipſe cum toto clero & populo Romano in Concilio poteſtatem eligendi Rom. Pontificē, & ius inueſtituræ Imperatori iterum contulit. Plati. Sigeb. & Ca. in Synodo diſti. 63. | 5051 | 963 | | CONCIL. *Romanum plurimorum Archiepiſcoporum, omnium propè Epiſcoporum Italiæ, præſente Otthone Imper. qui illud coegit contra Ioannē 12. Papam. Continuatio Rheginonis, & Luithprand. lib. 6. ca. 6. & ſequētibus. In eo electus eſt Pontifex Rom. Leo 8.* | | | |
| | 5051 | 963 | 135 | q LEO 8. Romanus, eiſdem Impp. et poſt Romanū, Nicephoro Phoca Orie. Imp. | 1 | 4 | |
| Nicephorus Imperator Orientis licet fines imperii propagaret, tamen ob leges iniquas fuit omnibus exoſus. Prtextu enim bellorū omnis generis exactionibus ſubditos premebat. Ob frequentes expeditiones inopiam pecuniæ cauſando annua dona iam olim templis & piis domibus conceſſa penitus ſuſtulit. Decreuit ne fundi Eccleſiarum augerentur, quòd illæ opes à ſacerdotibus in Eccleſiæ vtilitatem non conferrentur. Sumpta occaſione contentionis inter Epiſcopos & Patriarcham de ſuffragiis, auctoritatem deſignandi Epiſcopos ſibi vēdicauit: Vnde in vacantem Eccleſiam mittebat aliquem ſuorum ſeruorum, quo parcè ſumptus neceſſarios faciente, ipſe reliqua ſibi vendicabat. Præterea decreto ſanxit vt milites in bellis interfecti pari cum Martyribus honore colerentur: quod ratum non fuit, ſed euanuit ſine executione, Patriarcha Polyeucto, primoribus ſacerdotū, & principibus Senatus ſtrenuè reſiſtentibus. Zonar. tom. 3. | 5052 | 964 | | IOANNES 12. profugus, Leone 8. vrbe fugato, iterum Pontificatū obtinuit. | | 3 | 28 |
| | 5052 | 964 | | IN CONCILIO *quorundam Epiſcoporum Leonem 8. depoſuit & damnauit eius acta, & Concilium Romanum collectum ab Otthone. Sigeb.* Schiſma 13. r BENEDICTVS 5. Romanus mortuo Ioanne 12. à Romanis contra Leonem 8. electus, ſedit | | 6 | 5 |
| r Platina & nonnulli alii hunc numerant inter Roma. Pontifices. | 5052 | 964 | | LEO 8. Romanus, poſt Benedicti coactam abdicationē | | | |

s In remu-

| An. ab vrb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | reſtitutus ab Imperatore ſedit | | 8 | 22 |
| | | | *Vacat.* | | 6 | 15 |
| 5052 | 964 | | CONCIL. *Romanum multorum Epiſcoporum præſente Imper. contra Benedictum 5. Contin. Rheginonis.* | | | |
| 5053 | 965 | 136 | s IOANNES 13. Romanus, Nicephoro Phoca, & eo cæſo, Ioanne Zimiſce Orie. Imp. Otthone Occid. Imp. & Lothario Frãcorum Reg. | 6 | 11 | 5 |
| | | | *Vacat* | | | 13 |
| 5060 | 972 | 137 | BENEDICtus 5. dictus 6. Romanus, eiſdem Imperantibus vſque ad Otthonem 2. ſedit | 1 | 6 | |
| 5060 | 972 | | CONCIL. *Ingelheimenſe 3. propter Adalberonem Sancti Vualrici Auguſtunenſis Epiſcopi nepotẽ. Herma. Contr. in Chron.* *Anglicanum. Polydor. lib. 6. hiſtor. Angli.* | | | |
| 5061 | 973 | 138 | t DONVS 2. ſiue Donnus, Romanus, Ioanne Zimiſce Ori. Imper. Otthone 2. Iuniore Occid. Imp. & Lothario Fr. Reg. | 1 | | |
| | | | *Vacat* | | | 2 |
| 5062 | 974 | 139 | v BONIFACIus 7. Romanus eiſdem Imperantibus | | 7 | 5 |
| | | | *Vacat* | | | 20 |
| 5063 | 975 | 140 | x BENEDICtus 6. dictus 7. Romanus, eiſdẽ Impp. & Baſilio, Porphyrogenito, Orientis Imper. | 8 | 6 | |
| | | | *Vacat* | | | 5 |

s In remunerationem collati in ſe beneficii ab Otthone Imper. Otthonem eius filiũ Auguſtum appellauit. Palmer.

Gerardus Cameracenſis Epiſcopus doctiſſimus. Quidam ad hæc tempora referũt Stephanum Epiſcopum Heduenſem.

Vuitichindus ſiue Vuindichinus monachus Corbeienſis, vitam Pauli Eremitæ, & Otthonis 1. Imper. ac hiſtoriam de geſtis Saxonum vſque ad an. 973. cõſcripſit. Sigeb. extat eius hiſtoria.

Mieſlaus ſiue Mieſcilaus 14. Poloniæ Dux omnium Ducũ Polo. primus Chriſtianus fit. Exquo tempore tota Polonia Chriſtianã fidem retinet. Bonfin. lib. 1. de reb. Vngar. dec. 2. & Marti. Cromer. lib. 3. hiſtor. Polon.

Haraldus Rex Danorum cum vxore & Sueuone filio baptizatur, conſpicatus Popponem adhuc clericum per miraculum ferrum ponderoſiſſimum candẽs in fidei Chriſtianæ probationem manibus citra noxam geſtãtem: vnde iuſſit ſubditos omnem prorſus idololatriã eiurare, & vnum ſolum Deũ adorare, cùm antea Chriſtum ſimul & idola colerent. Sige. & Krant. li. 3. ca. 25. Vuitichin. lib. 3. hiſtor. Saxon.

Ottho Imperator in Saxonia auri & argenti fodinas primus aperuit. Sigeb.

Supererãt adhuc in Oriente Manichæorum reliquiæ, quas precibus Theodori Patriarchæ Cõſtantinopolitani Ioan. Zimiſces Imperator ex Orientis partibus Philippopolim tranſtulit. Zonar. tom. 3.

Vuormatienſes, Spirenſes, & Moguntinenſes canonici, monaſticam vitam commutant in ſecularem. Monſter. in Coſmog.

t Hic omittitur à quibuſdam: apud Sigebertum mendosè legitur Nonus, nã in antiquis exẽplaribus manuſcriptis eſt Donus.

v Tres ſequentes Pontifices inuicem contendunt de Papatu.

x Regnum Vngariæ initiũ tũc primùm accepit à S. Stephano Geiſſe filio, qui poſtquã ab Imperio defeciſſet, à S. martyre Adelberto Pragenſi Epiſcopo factus eſt Chriſtianus, & ſtudio Gizlæ vxoris, cũ tota ſua gẽte, quæ hactenus idololatriæ fuerat dedita, baptizatus fuit. Ritius li. 2. AEneas Syl. ca. 16. hiſt. Bohem. Bonfin. dec. 2. lib. 1. Naucler. Alii hoc referunt ad Sergium. 4. Sigeb.

Ottho 2. coronam Imperii inſigne à Benedicto ſuſcepit, & bellũ geſſit contra Græcos & Sarracenos in Italia. Palmer. & Lambert. Schafnaburge. in hiſtor. German.

Confuſæ ſunt admodum iſtorum temporum hiſtoriæ, vt vix duo ſcriptores conue-

| | An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| niant quo ad annos & numerum Põtificum Roman. Nos ſequimur Sigebertum , Platinam, & quoſdam alios. Gens Leuticorum ad idolatriam delabitur. Guilel. de Nangia. y Sigiſmundus Liberus in Moſcouia , & Vulodimirus Pruſſiæ Dux Chriſtianam fidẽ ſimul cum baptiſmate ſuſcipiunt. Munſte. in Coſmogr. & Chron. Polon. lib. [illegible]. cap. 3. Mortuo Ludouico Rege Francorum ſine hærede, Regnum per Hugonem Capetum tranſit ad nouam & tertiam progeniem, ſcilicet Comitũ Pariſiẽſium. Nec tamen penitus defecit genus Carlingorum : nam Hugocapetus per muliebrem ſexum à Carolo Magno deſcendebat. Habuit enim Hacuidam matrem, filiam Henrici Imperaroris ex Matilde, filia Ludouici 3. Iunioris Imp. quem diximus fuiſſe vltimum Imperatorẽ ex familia Caroli Magni. vide Chronica Francorum. Anglia fit tributaria Dacis. Polyd. Virg. lib. 7. hiſto. Angli. Grana tritici & piſciculos minutos imbribus immixtos pluiſſe in Gallia apud Albanium ferunt. Palmer. in Chron. & Sigeb. | 5072 | 984 | 140 | IOANNES 14. Papienſis (aut iuxta alios Romanus) Baſilio Porphyrogenito Orien. Imp. Otthone 3. *ob eximias virtutes dictus Mirabilia mũdi* Occid. Imp. & Lothario Francor. Reg. | | 3 | |
| | | | | BONIFACIus 6. Ioãne 14. capto & in carceres coniecto, iterum Pontificatum tenuit | | 4 | 6 |
| | | | | *Vacat* | | | 10 |
| S. Odilo 4. Abbas Cluniacẽſis prouexit illum ordinem: Primus creditur inſtituiſſe feſtum (vt vocant) omnium Animarum per omnia ſua monaſteria. Volater. lib 2. & Antonin. 2. parte tit. 15. cap. 15. Quidam ſcribunt Ioãnem 18. eius conſilio edixiſſe illud feſtum in omnibus Eccleſiis celebrari. Poly. lib. 6. de inuent. re. cap. 8. & R. Barns citat ex Ioan. Stella. | 5072 | 984 | 141 | IOANNES 15. Romanus, eiſdem Imperantibus | | 8 | 7 |
| | | | | *Vacat* | | | |
| z Impoſuit Otthoni 3. Coronam inſigne imperii: Imperiũ Germanis penitus cõceſſit: Cõſentiente Otthone in Synodo Romana Septemuiros ELECTORES Imperii inſtituit, Moguntinum, Colonienſem Agrippinæ, & Treuirenſem Archiepiſcopos: Ducẽ Saxoniæ, Comitem Palatinum, Marchionem Brandeburgenſem, & vt eorum arbitrum, Ducem Bohemiæ (nondum enim dicebatur Rex) Decreuit præterea, vt qui ab his Germanis Proceribus electus eſſet, diceretur Cæſar: poſt confirmationem autem & coronationem ab Epiſcopo Romano ſuſceptam vocaretur Auguſtus. Itaque (vt ſcribit Geruaſius lib. ad Otthonem 4. Imp.) ex eo tempore à Romana ſede pendet Germanorum Imperium. vide Blond. deca. 2. lib. 3. Irenic. lib. 3. Krantium lib. 4. ca. 25. & Platinam. | 5073 | 985 | 142 | y IOANNES 16. Romanus , eiſdem Impp. Lothario, Ludouico 7. dicto 5. vltimo R. ex Caroli Magni genere, Hugone Capeto primo ex Gallis & Pariſiẽſium Comitũ familia, ſucceſſiuè Frãç. Reg. | 10 | 8 | 10 |
| | | | | *Vacat* | | | 6 |
| Sabaudienſis Comitatus erigitur. Faſcic. temp. Almarus primus Dux Montiferratenſis. Sabel. AEnead. 9. lib. 2. | 5080 | 992 | | CONCILIVM *Remenſe Epiſcoporum totius Frãciæ, per Hugonem Capetum collectum. Sigeb. & Volater. Quidam poſt Ioan. le Maire 2. part. Concil. hoc Concilium referunt ad tẽpora Benedicti 7. Sed quomodo id ſtare poſſit non ſatis video.* | | | |
| Vuilderolphus præſul Argentinenſis vir ſceleratæ vitæ, ſecreto Dei iudicio à muribus corroditur. Munſt. in Coſmog. Imperatrix Maria nomine filia Regis Arragonum ob adulterium publicè igne concrematur. Krantius lib. 4. cap. 26. hiſto. Saxo. Vlodomirus Ruſſiæ Dux ducta Anna ſorore Imperatorum Conſtantinopolitanorũ Chriſti fidem ſuſcepit. Math. Mechoui. lib. 2. Chron. Polo. ca. 13. | 5083 | 995 | 144 | z GREGORIus 5. Saxo, Baſilio Porphyrogenito Orient. Impe. Otthone 3. Occid. ſeu potius Ger- | | | |

a Nonnulli

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | manorũ Imp. & Hugone Capeto Fr.R. cũ filio Roberto ſedit | 2 | 5 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 15 |
| 5083 | 995 | | CONCIL. *Romanum de ſanctione electionis Imperatoris in Germania. Platin.* | | | |
| 5085 | 997 | 145 | a IOANNES 17. Græcus, Baſilio Orie. & Otthone 3. Occid. Imppe. & S.Roberto ſolo Franc.Rege | | 10 | |
| | | | *Vacat* | | | 20 |
| | | | Gregorius 5. pulſo & exoculato Ioãne, priſtinę ſedi reſtituitur ab Otthone 3.Imp. | | | |
| 5086 | 998 | 146 | b SYLVESTER 2. Aquitanus (*antea Gerebertus vocatus*) eiſdem Impper. | 4 | 1 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 23 |
| 5090 | 1002 | 147 | IOANNES cognom. Siccus (ait Blond) 18. aliis 17. Romanus eiſd. Impp. | | 4 | 20 |
| | | | *Vacat* | | | 19 |
| 5090 | 1002 | 148 | c IOANNES 19. aliis 18. Baſilio Impe. Orient. Otthone 3. & poſt eum S. Henrico 2. cognom. Claudo (*non Claudio vt perperã quidam ſcribũt*) Occid. Impera. & S. Roberto Fr.Rege | 4 | 4 | |
| | | | *Vacat* | | | 19 |
| 5095 | 1007 | 149 | d SERGIVS 4. Roman. eiſdem Imperantibus ſedit | 2 | | 15 |
| | | | *Vacat* | | | 8 |
| 5097 | 1009 | 150 | e BENEDIctus 7. dict.8. Tuſcu- | | | |

a Nonnulli recentiores hiſtorici hunc ex albo Pontificum Roman. prorſus expungũt quòd vi & contra canones Pontificatũ Roman. inuaſerit. Hinc (inquiunt) in nominis numero nulla eſt eius ratio habita à tribus Pontificibus proximè ſuccedentibus, qui Ioannis nomen habuere.

b Quidam loco iſtius nominant Agapitũ quendam.

Boleſlaus cognomento Crobius, primus Poloniæ Rex appellatus à Pontifice Roma. & Imperatore. Marti. Cromerus in hiſt. Polon. Krant. lib. 4. hiſto. Saxon. cap. 36. Math. Mechoui. libro Chron. Polon.

Hermannus monachus S. Galli cõpoſuit: *Salue regina*, &c. & *Almã redemptoris*, &c. Trith. lib. de ſcripto.

Fulbertus Carnotenſis Epiſcopus edidit illa Reſponſoria (vt vocant) *Stirps Ieſſæ*, &c. & *Chorus nouæ Hyeruſalem*. Compoſuit etiam hymnos & orationes quaſdam. Trithem.

Herigerus Abbas Lobienſis inter alia ſcripſit librum de corpore & ſanguine Chriſti. Trith.

c Henricus 2. primus Imperator creatus à ſeptem Electoribus. Deinceps non per ſucceſſionem ſanguinis, ſed vi electionis conſtituti ſunt Imperatores Germanici.

Baſilius Orientis Imper. totam Bulgariã ſubegit. Zonar. tom. 3.

Bruno Herpipolenſis Epiſcopus in ſacra Biblia commentatur. Trith.

d In Lotharingia iuxta montem Caſtrilocum fons aquæ in ſanguinẽ vertitur. Sigeb.

Burchardus primò Lobienſis monachus, deinde Epiſcopus Vuormatienſis, veteres Eccleſiæ canones in vnum volumẽ congeſſit, adiutus ab Olberto Leodienſi Abbate. Sigeb. Eos poſtea Gratianus dum redegit in epitomen non parum corrupit. Quanquam alii malint eum ſua ex decreto Iuonis Carnotenſis Epiſcopi delibaſſe.

Nonnulli volunt circa hæc tempora Razem medicum Arabẽ floruiſſe, Al Manſore Sarracenorum Rege, cui dicauit ſua ſcripta.

e Ritius lib. 1. de Reg. Sicil. putat hunc nominatum fuiſſe Stephanum.

Henricus Imper. coronam ſumpſit Imperii ab hoc Pontifice, qui eum ſalutauit Auguſtum. Sigeb. Palmer.

Pannones Chriſtianam religionem publicè recepiſſe quidam ſcribunt. Palmer.

Comitatus Bellouacẽſis in Francia datur ab Odone Comite Cãpanię, Rogerio Bellouacẽſi Epiſcopo, in permutationẽ Caſtri, quod dicitur Sanctum Cæſaris, ſiue Sincerrium apud Biturigas, quod iure patrimonii erat ipſius Epiſcopi. Sigeb. & Guilel. de Nãgiaco. Ipſe vnà cum Aliaco & Montiaco eũ Comitatum Eccleſiæ cathedrali S. Petri ſiue Epiſcopatui in perpetuum donauit. Sigeb.

Rex Noricum reuerſus è Francia in Regnũ ſuum, à gente ſua perimitur, quòd abiurata idololatria baptizatus eſſet. Guilel. de Nangiaco.

Turci an. 1012. Hieroſolymam expugnãt, & Eccleſiã ſepulchri Chriſti demoliuntur. Palmer.

Palmer. & Naucler.

Apud Saxoniam in Colbecke villa Halberſtadenſi Othbertus quidam cum decem & octo ſodalibus, viris 15. & fœminis tribus, choreas ducens nocte Natalitiorum in cœmiterio S. Magni, cùm non deſiſterent admoniti à ſacerdote, eius dira imprecatione, ſine quiete per annum integrum in eodem ſtatu manſerunt inuicem manibus hærẽtes, & non multò poſt interierunt. Vincenti. in Speculo, & Kranti. lib. 4. cap. 33.

Camaldulenſis ordo à S. Romualdo ſumpſit initium.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. |
|---|---|---|
| 5108 | 1020 | 151 |

f Guido Aretinus monachus S. Benedicti in Italia primus excogitauit nouam rationem cantus, quam ſolmifationem vocant, per ſex ſyllabas ſeu notulas digitis leuæ manus per integrũ diapaſon diſtinguendas, Vt, re, mi, fa, ſol, la. Sigeb. in Chron. Palmer.

Robertus Francorum Rex aliquas Sequentias & Reſponſoria (vt vocant) quibus etiam nunc vtitur Romana Eccleſia, compoſuit, Proſam, ſcilicet, S. Spiritus adſit nobis gratia &cæ: Reſponſoria de natiuitate Domini, Iuda & Hieruſalem & cæt. de S. Petro, Cornelius Cẽturio & cæ. de Martyribus, Concede nobis domine & cæt. & O Conſtantia Martyrum & cæ. Guilel. de Nangiaco. Trithem.

Cazimirus Cluniacenſis monachus atq; Diaconus, Regni Poloniæ hæres diſpenſatione Benedicti, ea de rogati à Polonibus, abſolutus à religione, coronatur Rex, ann. 1041. Mathias Mechouienſis lib. 2. Chron. Polon. ca. 13.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. |
|---|---|---|
| 5108 | 1030 | |

g Henricum 3. Imper. coronauit.

Berengarius Turonenſis, Archidiaconus Andegauenſis hæreticus declaratur, quòd doceret panem & vinum in Euchariſtia poſt conſecrationem eſſe tantùm figuram & ſacramentum, & non verum Corpus & ſãguinem Chriſti. Volater. Bernard. de Lutzenb. & ca. Ego Berengarius, diſtin. 2. de conſecr. Malè etiã ſentiebat, (teſte Oecolampadio) de matrimonio, & baptiſmo paruulorũ. Multi dicunt eũ Magia (erat enim præſtigiator. Polyd. lib. 9. Angl. hiſt.) vna nocte fuiſſe Romæ, & eadem legiſſe Turoni vnam lectionem. Guilel. de Nangia.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. |
|---|---|---|
| 5108 | 1030 | 152 |

A Rege Burgundionum Rodulpho, quòd ſubditi ſæpe in eum inſoleſcerent, Burgũdiæ Regnum diuiditur in Comitatum & Ducatum: ille donatione ceſſit Conrado Imperatori: hic Henrico 1. Francor. Reg. Gagui. lib. 5. cap. vltim. Plati. AEmil. lib. 3. Sigeb. in Chron.

Richardus Virdunẽſis Abbas doctiſſim', S. Hugo monachus Cluniacẽſis. Volater. lib. 21. & Trithem.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. |
|---|---|---|
| 5132 | 1044 | |

Multi volunt nomẽ CARDINALIVM hoc tempore exortum fuiſſe. Volat. lib. 21. Carion. R. Barns. Sed quanto ſit antiquius vide Vuolfangum Lazium. lib. 2. ca. 2. commentariorum Reipub. Roma.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. |
|---|---|---|
| 5132 | 1044 | 153 |

Contra Impera. Conſtantinopolitanum Arabes in Meſopotamiam incurrunt, Pazinacæ in Bulgariam, Agareni in oram Illyrici maritimam. Zonar. tom. 3.

| Pontifices | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|
| lanus eiſdem Imperantibus | 11 | 1 | 13 |
| CONCIL. *Aquiſgranenſe præſente Imperatore Henrico: in quo dicũtur decreta fuiſſe ieiunia in Vigiliis S. Ioan. Baptiſtæ & S. Laurentii. vide Krant. lib. 4. cap. 35. & Sigeb. in Chron.* | | | |
| Sciſma 14. | | | |
| ALTERO Pontifice cuius nomen ignoratur, & qui in ſchiſmate electus erat, vrbe exacto, Benedictus 7. ſedem recuperat. Plati. | | | |
| f IOANNES 20. aliis 19. Tuſculanus, Baſilio Porphyrogenito, & poſtea, Conſtantino 8. eius fratre, Orient. Impp. S. Henrico 2. & poſt eum, Cõrado 2. cognom. Saliquo, Occ. Impp. & S. Roberto & poſtea eius filio Henrico 1. Fr. Regg. | 11 | 1 | 9 / 8 |
| *Vacat* | | | |
| CONCIL. *Triburienſe iuſſu Cõradi Imper. In eo agitur de ſtatu Eccleſiæ, & præcipuè de ieiuniis. Sigeb. Plati. Irenic. lib. 3. cap. 48.* | | | |
| g BENEDICTUS 8. dic. 9. Tuſculanus, Romano Argiropolo, Michaele 5. Paphlagone, Michaele 6. Calaphate, per ordinem ſucceſſionis Orient. Impp. Conrado 2. & poſt eum Henrico 3. Occid. Impp. & Henrico 1. Franc. Reg. | 13 | 4 | 9 |
| CONCIL. *Conſtãtienſe præſente Henrico. Ab. Vſperg.* | | | |
| SYLVESTER 3. Romanus, contra Benedictum, eiſdem Imperantibus | | 1 | 19 |

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | BENEDICTVS 8. Pulſo Syluestro reſtituitur, & ſedit cum Ioanne 20. menſem<br>Tandem exactis Pontificatu Ioanne 20. & Benedicto 8. durante etiam ſchiſmate electus eſt Gregorius. | | 1 | 21 |
| 5132 | 1044 | 154 | h GREGORIUS 6. Roma. Theodora cum Zoe ſorore Imper. in Oriẽte, poſtea Cõſtãtino 9. Monomacho ſiue Gladiatore, Orient. Imp. Henrico 3. cognom. Nigro, Occid. Imp. & Henrico 1. Fr. Reg. | 2 | 7 | |
| 5134 | 1046 | | CONCIL. *Papienſe. Her. Cont.* | | | |
| 5134 | 1046 | | CONCIL. *Sutrinum non longè ab vrbe Roma, præſente Imperatore Henrico 3. ad tollendum ſchiſma celebratũ. Itaque Benedicto, qui reſidebat in Palatio Lateranenſi, Syluestro, qui ſedem Pontificiam ad S. Petrum collocauerat, & Gregorio qui ſuã ſedẽ habebat ad D. Mariã, Pontiſicatu expoliatis, electus eſt Sindegerus, ſiue Suigerus Brambergenſis Epiſcopus, qui poſtea dictus eſt Clemens 2. Blond. lib. 3. dec. 2. Herma. Contractus.* | | | |
| 5134 | 1046 | 155 | i CLEMENS 2. Saxo, eiſdem Impp. | | 9 | |
| | | | *Vacat* | | 9 | |
| 5136 | 1048 | 156 | DAMASVS 2. Bauarus eiſdẽ Impp. | | | 23 |
| | | | *Vacat* | | 6 | |
| 5136 | 1048 | 157 | k LEO 9. Alſatius in Germania, eiſdem Imperantibus | 5 | 2 | 6 |
| | | | *Vacat* | | 11 | 26 |
| 5137 | 1049 | | CONCIL. *Romanum, Epiſcoporum Italiæ, præſide Rom. Pontifice, de ſtatu Eccleſiarum. Her. Contrac. in Chron.* | | | |
| 5137 | 1049 | | *Papienſe præſide Rom. Pontific. de componendo ſtatu Eccleſiarum. Herm. Contr. in Chron.* | | | |
| 5137 | 1049 | | *Remenſe, præſide Romano Pontifi. cum Galliarum Epiſcopis, de ſtatu Eccleſiarum. Herma. Contra. Sigeb.* | | | |
| 5138 | 1050 | | *Moguntinum Epiſcoporum 40. vel 42. (nam valde errant qui numerant 130) præſide Rom. Pontifi. & aſſidẽte Imperatore Henrico, ac aliis Principibus, propter componẽdum ſtatum Eccleſiarum & reformationem clericorũ.* | | | |

h Vngari à Chriſtiana religione deficiẽtes in paganiſmum, pœna capitis Chriſtianiſmum retinere coguntur ab Andrea Rege quarto Vngariæ, & Vela eius fratre. Naucler. & Bonfin. lib 2. dec. 2.

S. Eduardus tertius Rex Angliæ, fuit clarus miraculis: ſolo tactu morbũ ſtrumæ ſiue ſcrophulæ ſanabat: quod Diuinum munus ad poſteriores Anglię Reges manauit, quod faciunt prius recitatis quibuſdam hymnis, non ſine cæremoniis. Poly. Virgil. lib. 8. hiſt. Angli.

Vulſtandus Vigornienſis, & Vincentius Leodienſis Epiſcopi inſignes. Sabel. AEnea. 9. lib. 2.

In Concilio Sutrino propter ſchiſmata & ſimultates, quæ ex Pontificum electionibus exoriebantur, ablata eſt Romanis electio Pontificis Roma. & conceſſa eſt Imperatori. Krant. lib. 4. hiſtor. Saxo. cap. 41. Hinc Henricus Imper. iuramento adegit Romanos, vt ab electione Pontificis Romani abſtinerent. Naucler. Sigeb. Alii ſcribunt Clementem 2. eam ipſis prohibuiſſe. Blond. lib. 3. dec. 2.

i Die natalis Domini quo ipſe in Pontificem conſecratus eſt, Henricum 3. Imper. & eius coniugem Agnetam coronauit. Herm. Contra. & Naucler in Chron.

S. Algerus non ex Corbienſi (ſicut putat Trithemius) ſed ex Leodienſi canonico monachus Cluniacenſis, Adelmannus Brixienſis Epiſcopus, S. Lanfrãcus Abbas Cadomẽſis poſtea Cantuarienſis Archiepiſcopus, Guido Abbas de S. cruce S. Leofredi, doctiſſimis ſuis ſcriptis, quorum nõnulla extant, ſe opponunt Berẽgario. Hos Caluinus pro ſua modeſtia vocat imperitos, barbaros, & Sophiſtas.

S. Oſmundus Scaberienſis ſecundus Epiſcopus fertur primus digeſſiſſe horarias preces, hoc eſt, diuinum officium, quod vocant, quas catholici in Anglia etiamnum obſeruant. Polyd. lib. 9. Angl. hiſt.

k Hic ab Henrico Imperatore renunciatus Roma. Pontifex, conſilio Hugonis Cluniacenſis Abbatis, & Hildebrandi monachi, depoſito Pontificali ornatu, vt priuatus Romam ingreditur: quòd Imperator Põtifices creãdi nullũ ius haberet, illo ad clerum populumq; Romanũ pertinente. Propterea eò libentius eligitur PP. à clero Rom. & in ſuo Põtificatu ita piè degit, vt ad eius ſepulchrũ edita ſint miracula. Sig. Plati. De multis Sãctis cantus compoſuit, & multa alia ſcripſit, præſertim librum contra varios Græcorum errores quibus imbuebãtur à Michaele Patriarcha Conſtantinopolitano, & Leone Achridano Bulgarorum Epiſcopo. Sigeb.

Per epiſtolam Conſtantinum Imperatorem ſibi concilians, miſit tres legatos Conſtantinopolim ad conuincendos 14. Græcorum errores, qui vt Symoniaci donum Dei vendebãt: vt Valeſii, hoſpites ſuos caſtratos etiã ad Epiſcopatũ promouebãt: vt Arriani, rebaptizabãt Latinos baptizatos in nomine S. Trinitatis: vt Donatiſtæ in ſola Aphrica, ſic illi in ſola Græcia orthodoxã eſſe Ec-

cleſiam iactabant: vt Nicolaitæ, nuptias ſacerdotibus concedebant: vt Seueriani, maledictam dicebant legem Moſis: vt Pneumatomachi, profeſſionem S. Spiritus à ſymbolo detrahebāt: vt Nazareni, Iudaiſmum obſeruabant, paruulos morientes ante octauum diem à natiuitate baptizari, mulieres in partu vel menſtruo periclitantes communicari, vel ſi paganæ eſſent baptizari, prohibebant: Latinos vocabant azimitas, eorum Eccleſias claudebant: de fermentato ſacrificabant: Romanæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanam præponebant. Sigeb. penes quem horum fides eſto.

Obtinuerūt legati ab Imperatore, vt Nicetas Monachus cogn. Pictoratus, quem ipſi coram eo vicerant, librum ſuum contra Romanos inſcriptum de Azimo, de Sabbatho, & de nuptiis ſacerdotum, anathematizaret & incenderet. Sigeb.

Hic Leo 9. Rom. Pontifex natus ex nobiliſſimis parentibus claruit magnis miraculis.

Templū ſepulchri Chriſti Hieroſolymis à Sarracenis & Turcis deſtructum, Leone 9. Romanorum Pontifice procurante id apud Imperatorem Conſtantinopolitanum, eſt reædificatum. Palmer. Plati.

Henricus Imperator in Saxonia, apud Goſlarem omnium conſenſu iuſſit patibulo ſuſpēdi quoſdam hæreticos, qui inter alios errores, omnis animalis eſum iuxta Manichæos execrabantur. Herma. Contrac.

Henricus Imper. dedit Leoni Pontifici Beneuentum vrbem Italiæ. Naucler.

Petrus Damianus Epiſcopus Hoſtienſis, Theoduinus Epiſcopus Leodiēſis, viri celebres. Trithem. de ſcrip. eccleſ. Antoni titul. 16. cap. 8.

Bizetiſlaus Bohemiæ decimus octauus Dux, ex matrimonio cum Iutha Otthonis Ruffi filia, quam ex Ratisbonenſi monaſterio an. 1030. raptam in vxorem duxerat, eas nuptias confirmante poſtea Imperatore relinquens quinque filios obiit anno. 1052. AEneas Sylu. hiſt. Bohem. cap. 19.

* Mediolanenſis Eccleſia quæ ante 200. circiter annos ſe à Romano Pontifice ſubſtraxerat huic Stephano PP. ſe ſubdidit. Sabel.

l Quidam hiſtorici hunc non numerant inter Pontifices, quòd legitimis ſuffragiis renunciatus Pontifex non fuerit. Sequor Sigebertum, Palmerium, Platinam & cæ.

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Men. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *Her. Contr. & Lampert. Schafn. Krāt. lib. 4. cap. 43.* | | | |
| 5138 | 1050 | | *Romanum aliud. Her. Contr. Fortaſſe eſt illud in quo ait Lanfranc. lib. de Sacra. damnatum fuiſſe Berengariū & Ioan. Scotum.* | | | |
| 5140 | 1052 | | *Vercellenſe, præſide Leone Rom. Pontifice, contra Berengarii errorem. Guitmundus lib. 1. de Sacra. Palmer. Her. Contra. Ipſe tunc primò ſuum errorem reuocauit, vt ait Guilel. Malmesber. lib. 3. de geſtis Anglor. licet Lanfrancus. lib. de Sacram. dicit eum non adfuiſſe niſi per duos legatos clericos. Errant qui ad Syluestrem 3. referunt, vt Sabel. AEnead. 9. lib. 2. Grauiùs labitur Caluinus qui in Admonitio. ad Vueſtphalū ait Gregorium ſeptimum illud coegiſſe.* | | | |
| 5140 | 1052 | | *Romanum aliud. Herma. Contra.* | | | |
| 5142 | 1054 | 158 | VICTOR 2. Sueuus, eiſdē Imperantibus, & Theodora Orient. Imper. | 2 | 3 | 14 |
| | | | *Vacat* | | | 4 |
| 5143 | 1055 | | CONCIL. *Florentinum præſide Pontifice Rom. & præſente Imperatore Henrico, de ſtatu Eccleſiaſtico. In eo multi Epiſcopi propter ſimoniam, & fornicationem damnantur. Her. Cōtr. Palmer. Plati.* | | | |
| | | | *Turonēſe, præſide Hildebrādo Rom. Archidiacono (qui poſtea factus Pontifex, dictus eſt Gregorius 7.) legato Pōtifi. Rom. contra Berengariū, qui tunc iterum ſui erroris cecinit Palinodiam, & manu propria ſubſcripſit. Guitmundus lib 1. de Sacra. Guilel. Malmesberienſis lib. 3. de geſtis Anglor.* | | | |
| 5145 | 1057 | 159 | * STEPHANVS 10. dict. 9. Lotharingus, Theodora Imperatrice Oriē. Henrico 4. Occid. Imp. Henrico 1. Fra. Reg. | | 7 | 18 |
| | | | *Vacat* | | | 13 |
| 5146 | 1058 | 160 | l BENEDICtus 9. dict. 10. Campanus, eiſdem Impp. & Michaele 7. Seniore cognom. Stratioticus ſiue militaris Orient. Imper. | | 9 | 20 |

m Tunc

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5147 | 1059 | 161 | m NICOLAVS 2. Allobrox, ſuffragiis omnium Cardinalium electus ſedit, Michaele Stratiotico, & poſt eū Iſaacio Cōneno Orie. Imp. Henrico 4. Occid. Imp. & Philippo 1. Fra. Rege | 3 | 6 | 26 |
| | | | *Vacat* | | | 12 |
| 5147 | 1059 | | CONCIL. *Sutrinum contra Benedictum 9. Papam. Plati.* | | | |
| 5147 | 1059 | | CONCIL. *Lateranēſe contra Berengariū et pſeudopontifices, Epiſc. 114. vel 113. vel 118. præſide Pontifice. Plati. Ca. In nomine Domini, diſt. 23. In eo Berengarius tertiò abiurauit ſuam hæreſim, libellos ſuos publicè in Concilio cremauit, & confeſſione, quam Turonis ediderat, præſtito identidē propriæ manus ſacramento renouauit. Tunc plurimum contra eū diſputatum eſt de præſentia corporis in Euchariſtia, & de tranſubſtantiatione. ca. Ego Berengarius de conſecr. diſt. 2. Guitmundus li. 1. de Sacrame. & Alger. lib. 1. de Sacram.* | | | |
| 5150 | 1062 | 162 | n ALEXANDER 2. Mediolanenſis, à Cardinalibus abſēs electus, ſedit, Iſaacio, Conſtantino 10. Duca, Eudoxia cū filiis, Romano Diogene per ordinē ſucceſsionis in Oriente Imperantibus, Henrico 4. Rom. Imp. & Philippo 1. Franco. Rege | 11 | 6 | |
| | | | Schiſma 15. | | | |
| 5150 | 1062 | | Honorius 2. Cadolus antea vocatus, auctoritate Henrici Imper. inconſultis Cardinalibus Pontifex renuntiatus ſedit contra Alexandrum | 5 | | |
| 5153 | 1065 | | CONCIL. *Mantuanum, contra Honorium pſeudopapam, libidinoſos clericos, & Berengarium (quem victum rationibus compulerunt quartò ad palinodiam. Lanfra. de Sacram.) præſentibus Imperatore Henrico 4. et Alexādro Roma. Pontif. qui iureiurando ſe à crimine Simoniæ liberans, confirmatur in Pontificatu.* | | | |

m Tunc primùm Lateranenſi Concilio Romanorum Pontificum electio ad Cardinales Epiſcopos eſt delata, ita tamen vt à clericis Cardinalibus reliquoque clero & populo Romano comprobanda eſſet. Ca. In nomine Domini, diſti. 23.

In collocandis Imperatoribus Conſtantinopolitanis mirè admodum variant ſcriptores, tam Græci quàm Latini.

n Statuit ne quis Eccleſiaſtica beneficia ab vllo Laico accipiat, quod tunc ſimonia dicebatur. Ca. per Laicos 16. qu. 7. Monachos arcet clauſtris & à populorū prędicatione. Ca. Iuxta 16. qu. 1.

Galli ad debellandos Sarracenos in Hiſpanias proficiſcūtur. Sigeb. Alii dicunt Balduinum tutorem Philippi illud bellum ſimulaſſe, vt facilius quoſdam nobiles Vaſconiæ Regi rebelles reprimeret.

Ordo Vallis vmbroſæ à Benedictinis deſcendens, per Ioannem Gualbertum Florētinum ann. 1070 originem capit. Palmer. in Chron. Volater. lib. 21. Sub eo ſunt Syluestrini eodē habitu, dicti à quodā Syluestro qui eum ordinem inchoauit in monte Fano prope Fabrianum in Marchia Anconitana.

Hinc Francis, hinc Scotis Angliam incurſantibus, Angli miſerè fame pereunt, plurimis eorum humanis carnibus veſcentibus. Sigeb.

Hermannus Contractus Comes Veringenſis tunc ſcripſit ſuum Chronicon ab orbe condito ad annum Chriſti 1066.

Vuandali interfecto Gottſchalo ſuo Duce piiſq; omnibus, à fide Chriſtiana ad Paganiſmum deficiunt ann. 1065. Munſter. in Coſmogr.

In Concilio Mantuano iterum (vt quidā volunt) ſtatuitur, Papam à ſolis Cardinalibus eligendum eſſe: Neminem debere intereſſe Miſſæ ſacerdotis quem certò nouit eſſe concubinarium. Ca. præter hoc. diſt. 32.

Quidam vir alioqui robuſtus dum eſſet in menſa conſumitur à muribus cæteris qui accumbebant illæſis. Faſc. temp. & Naucler. in Chron.

Guilelmus Gaſtardus nothus, Normannorum Dux, Haraldo vltimo Anglorum totius Angliæ Rege victo & cæſo, Regnū Angliæ eſt adeptus. Ex eo tempore Normanni ex Dacis orti Angliam occuparunt. Polyd. Virgil. lib. 8. Angl. Regnum Normannorum in Anglia durauit 69. an. & menſes 3. hoc eſt ad an. Chriſti 1136. quo tranſlatū eſt ad Francos. Polyd. lib. 11. hiſtor. Angl.

An. 1063. quarta pars Hieroſolymę datur incolenda ſolis Chriſtianis, à Calypha AEgyptio

| An. ab orb. cō dito. | Anni à Xp̄o nato. | Num. Ponti ficū. |
|---|---|---|

gyptio Bomēſore Elmonſtenſabe, cùm antea promiſcuè habitarēt cum Sarracenis. Hinc illa quarta pars ſemper deinceps ceſſit in ius Patriarchæ. Tyri. lib. 9. cap. 17. & 18.

5159 1071

o Cōfirmat ordinem monachorum Vallis vmbroſæ. Volater. lib. 1. Indixit ex more veterū, abſtinētiam carnium in die ſabbatica. Quia dies. de conſecr. diſti. 5.

5161 1073

Marianus Scotus Fuldenſis Monachus Theologus & inſignis hiſtoriographus, annales ab Orbe condito deduxit vſque ad annum Domini 1082. qui erat ætatis ſuæ 56. Sigeb.

5161 1073 163

Ioannes Xiphilinus Patriarcha Conſtātinopolitanus tunc Dionis Nicæi hiſtoriā in epitomē redegit, vti teſtatur in vita Aug.

S. Guitmundus Lanfranci Canthuarienſis quondam diſcipulus, Auerſanus Aquiliæ Archiepiſcopus, & Hildebertus (qui prius fuerat ex Berengarii ſectatoribus) Turonenſis Archiepiſcopus, aduerſus Berengarianam hæreſim acerrimè ſcripſerunt.

Giſelbertus Anglus commentatur in Eſaiam Prophetam. Trith. de ſcrip. Eccleſ.

Petrus Eremita Ambienſis, primus modum orandi per calculos (quos vulgò Patenoſtros vocamus) docuiſſe traditur. Polyd. Virg. lib. 5. de inuentio. re. cap. 9. Factus eſt Dux Chriſtianorum in bello Turcico. Guilel. Tyri. lib. 1. de bello ſacro cap. 11. Plati. Bonfin. lib 5. Vngar. deca. 2.

Ordo Grādimontenſis ſub regula S. Benedicti inchoatur, per Stephanum Aruernū

5162 1074

nobilem, apud Lemouicenſes, vbi ſtatuitur illius ordinis prima ſedes in quodam mōte, qui toti familiæ nomen dedit. Volater. lib. 21. Guilel. de Nangia. Polyd. lib. 7. de. inuent. re. cap. 7.

Bohemię Ducatus tūc primū an. 1086. erigitur in Regnū. Nā Vratiſlaus quòd debellaſſet Leopidum Auſtriæ marchionem, Moguntiæ ab Henrico Imper. Rex declaratus,

5162 1074

inungitur ab Engelberto ſeu Gilberto Treuirorum Archiepiſcopo. AEneas. Syluius

5164 1076

hiſtor. Bohe. cap. 22. At Mathi. Mechoui. in Chron. Polo. lib. 3. cap. 4. ait id eueniſſe ſub Victore ann. 1087.

Philippus Rex Franco. ſeculares clericos Eccleſiæ S. Martini de Campis, quam ipſius pater Henricus conſtruxerat, mutauit in monachos ordinis Cluniacenſis. Guilel. de Nangia.

Turci in Arabes & Sarracenos inualuerunt, ac Armeniam Syriamque depopulantes, multas vrbes ipſamque Antiochiam ceperunt. Sigeb.

Quàm tunc deploratus fuerit Eccleſiæ

5164 1076

ſtatus & fermè noſtro ſimilimus cernere licet apud Sigebertum, Vincenti. & Antoni. Magnæ ſimultates inter Imperatorē & Pōtificem: Sacerdotes erant moribus deprauatiſſimis, & propterea ipſi & res ſacræ populo contemptibiles: quilibet ex plebe audebat de ſacris myſteriis diſputare: ſacramenta etiam ab infantibus turpiter tractabantur: in extremo vitæ viaticū Dominicū

5167 1079

contemnebatur: decimæ presbyteris debitæ igni cremabantur: Corpus Domini ſepe pe-

| | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|

*Vuormatienſe. Sabel. AEnead. 9. lib. 3.*

*Moguntinum, præſide Moguntino Archiepiſcopo, & Imperatore aſſidēte, de ordinatione Caroli Conſtantienſis Epiſcopi, qui deiectus eſt ab Epiſcopatu. Lambert. Schafn. in hiſtor. Germanor.*

*Erphordienſe, indictum ab Epiſcop. Moguntino, plurimorum Epiſcop. Germaniæ, præſente Imperatore: de decimis Thuringiæ Moguntino Archiepiſcopo ſoluendis. Lambert. Schafn.*

## o GREGORIus 7. proprio nomine Hildebrandus, natione Hetruſcus, patria Soanēſis, eiſdē Impp. & Michaele Nicephoro, cognom. Botoniate, ac poſtea Alexio Cōneno Imperatoribus Conſtātinopolita.

| Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|
| 12 | 1 | 3 |

## *Vacat*

| Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|
| 1 | 4 | 27 |

CONCIL. *Romanum ad reformationem morū. Antonin. tit. 16. ca. 1. parag. 21. In eo præſertim agitur de ſimoniacorum excommunicatione. Abb. Vrſper. & prohibitione vxorum præſbyteris facta iuxta antiquos canones. Lambert. Schafn. in hiſt. Germ.*

*Erphordienſe, præſide Moguntino Archiepiſcopo, vbi de cœlibatu ſacerdotum actum ſit, quidam hîc collocant.*

*Aliud Concilium Romanum Epiſc. 110. in quo notati ſunt Anathemate, Gilbertus Rauēnates Archiepiſcopus, Hugo Cardinalis, & (ſi Antoni. credimus) Henricus Imperator, omnes etiam ſimoniaci, maximè hi qui à Laicis reciperent inueſtituram. (Nam inoleuerat mos præſertim in Imperio, vt Epiſcopi eligerentur, & ănulo ac baculo paſtorali inueſtirentur ab Imperatore. Guilel. Tyrius lib. 1. bel. Sa. cap. 13.) Vincent. in Specul. lib. 26. cap. 82. Krant. lib. 5. hiſtor. Saxon. cap. 6. Plati. & omniū optimè R. Barns in vit. Pon.*

*Henricus Imper. vt ſe vlciſceretur, indixit Concilium Vuormatiæ Epiſcop. 24. qui exauctorant Pontificatu Gregorium 7. miſſo ad eum cum epiſtola decretali Concilii Rolando quodam, qui ipſi nomine Concilii publicè interdiceret muniis Pontificiis. Abb. Vrſperg. in Chron. Lamber. Schafna.*

*Aliud Concilium Romanum tertiò conuocat Gregorius PP. in quo excommunicat Sigifridum Moguntinum Ar-*

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *chiepiſcopum cum omnibus Epiſcopis & clericis aſſentientibus Henrico Imper. in quem denuò anathema renouat, & imperio iterũ priuat. Ille metu amittendi Imperii (nam iam Principes propter Pontificiam excommunicationem ab Imperatore ſe ſubducebant) ſupplex veniam petiit Gregorio, qui poſt preces multorum & ab Imper. præſtitum iuramentum obedientiæ et pacis eum abſoluit. Plati. R. Barns. Multi & ferè omnes ita confundunt iſta tria Concilia Romana, vt vix ex ipſorum ſcriptis iudices an vnicum vel triplex fuerit.* For*taſſe iſtud eſt Concilium Roman. in quo diſputatum eſt contra Berengarii errorem, quem ipſe tunc iterum quintò & poſtremò abiurauit. Thom. Vuald. tom. 2. de Sacram. cap. 43. ex actis illius Cõcilii, quæ ipſe legit.* | | | |
| 5168 | 1080 | | Schiſma 16. durat | 29 | | |
| | | | Rodulpho Sueuię Duci, qui à Saxonibus & nonnullis Principibns Theutonicis ſuaſu Pontificis electus fuerat Imperator, occiſo, Henricus Impera. in Concilio Brixenſi Epiſcoporum Italię, Longobardię, & Germanię, purgatus de criminibus ſibi obiectis à Pontif. eum iiſdem inſimulat, & curat eligi in Pontificem Gilbertum Rauennatẽ Archiepiſcopum, qui dictus Clemens 3. ſedit an. 17. vel vt alii volunt | 21 | | |
| 5173 | 1085 | | *Concil. Moguntinum, præſente Henrico Impera. pro Clementis ordinatione contra Gregorium. Sigeb.* | | | |
| 5175 | 1087 | 164 | p VICTOR 3. Beneuẽtanus, Alexio Comneno Orie. Imp. Henrico 4. Occident. Imperatore, & Philippo 1. Fr. Reg. | 1 | 4 | |
| | | | *Vacat* | | 5 | |
| 5176 | 1088 | 165 | q VRBANVS 2. Gallus, ex oppido Caſtellionis, quod eſt in diocœſi Remẽſi, eiſd. Imperantibus | 12 | 4 | 19 |
| | | | *Vacat* | | | 13 |
| | | | CONCIL. *Melphicum præſide Pontifice.* | | | |
| | | | *Placentinum, Epiſcop. totius Italiæ, præſide Pontif. ad hominum maximè ſacerdotum malos mores corrigendos. In quo inter alia, Gregorii decreta acta cõtra Henricum & Clementem 3. confirmantur: Toletanus Archiepiſcopus ſit Primas totius Hiſpaniæ. Plati. Volater. Tyri. lib. 1. cap. 14.* | | | |
| 5183 | 1095 | | *Claromontenſe in Aruernia, præſide Pontifice, Epiſcoporum & Abbatũ 310.* | | | |

dibus conculcabatur, & ſanguis effundebatur, multaq́ alia ſcelera in Eccleſia patrabantur. Qua occaſione multi hæretici prophanis nouitatibus plebem ab Eccleſiaſtica diſciplina auertebant. Sigeb.

D. Guilelmus monachus & bibliothecarius Malmesberiẽſis ſcripſit hiſtoriã Angl.

In Londinenſi conuentu an. 1078. auctore Lanfranco, ſex Angliæ ciuitates, Bathonia, Lincolnia, Sariſberia, Exonia, Ceſtria, atque Ciceſtria fiũt Epiſcopales ſedes, quæ antea erãt in oppidulis. Poly. li. 9. hiſt. Angl.

Lampertus Schafnaburgenſis, Herueldẽſis monachus curſim obiter attingẽs prima tempora ab orbe condito ad annum Chriſti 1040. ab hinc diligenter perſequitur hiſtoriam ſuorum temporum per annos 37. vſque ad annum Chriſti 1077.

Ordo Carthuſienſium an. 1084. ſumit initium à S. Brunone Colonienſi Theologo, & canonico Remenſi. Sigeb. Plati.

p Hauſto veneno in ſacro calice interiit dolo Henrici. Plat. & Faſci. tempor. Alii tradunt eum obiiſſe alui profluuio. R. Barns.

Anſul Rex Galliciæ Chriſtianus, vicit Sarracenos in Hiſpania, & Tolletum maximam eorum vrbem per aliquot annos obſeſſam tandem expugnat. Sigeb.

q Scripſit contra hæreticos. Plati. Fertur cõfirmaſſe vt clerici ſeptẽ horas canonicas quotidie dicerent: totidẽ iuſſit recitari quotidie in laudẽ D. Virginis, & inſtituit ipſius officiũ in Sabbathis. Anton. tit. 16. c. 1. Naucl.

Ordinem Ciſtercienſem an. 1098. excitatum in Burgũdia ab Ardingo Anglo, vel vt alii volunt, Roberto Moliſmenſe, primus cõfirmauit. Platina.

Poſt orationem Vrbani in Concilio Claromontenſi, inſtigatore Petro Eremita an. 1096. expeditio maxima facta eſt cõtra Turcas & Sarracenos, militum 600000. (Fucherius ca. 4.) ad Hieroſolymam recuperandam: quæ 490. circiter annis poſtquam eam Sarraceni occuparant, capta eſt 39. die obſidionis, ann. 1099. & Idib. Iulii (AEmil. ait 4. Nonas) feria 6. hora qua Chriſtus mortuus eſt, Ducibus Godefrido Bilionenſi, ſiue de Bullon Lotharingiæ Principe, Euſtathio & Balduino eius fratribus, Hugone Magno fratre Regis Francorum, Roberto Comite Normannorum, Raymundo Comite Tholozæ (cũ Gotthis & Gaſconibus ait Fucherius) Boamundo Duce Apuliæ, & infinitis aliis nobilibus. Guilel. Tyr. lib. 1. de bel. Sac. cap. 17. Blond. dec. 2. lib. 4. Plati. AEmil. lib. 4. Fucher. cap. 2. & 19.

Godefridus Bilionius ab vniuerſo exercitu conſtituitur primus Rex Hieroſolymitanus, noluit tamen coronam auream ſuſcipere, quòd Chriſtus ibi tuliſſet ſpineã. Dabertus electus eſt primus Patriarcha. Blond. ibidem. Tyr. lib. 9. cap. 2. & 15.

Philippus Rex Francorum Biturigenſem Comitatum emit 40000. libr. (alii dicunt 60000. aure.) ab Harpino Comite, qui profectus eſt Hieroſolymam. Guilel. de Nangi. & Mater hiſtor.

Fucherius Carnotẽſis, in illa expeditione

capellanus Balduiui fratris Godefredi Ducis Lotharingi, hiſtoriam rerum per annos 29. geſtarum ab an. 1095. vſque ad 1124. breuiter & magna cum fide perſtrinxit. Eius librum nunquam typis excuſum apud me habeo, quem vbi otium nactus fuero, fortaſſe curabo edi in lucem.

Mirum eſt quod ipſe narrat cap. 5. vt vix credi poſſet niſi ab oculato teſte diceretur: Milites inopia iumentorum vſos fuiſſe ad ſarcinas ſuas veruecibus, capris, ſuibus, arietibus, interdum etiam equitaſſe bobus. Mirabilius eſt quod ipſe ſolus omnium ſcriptorum (ni fallor) meminit. cap. 21. die quo expugnata eſt Hieroſolyma ſolem retroceſſiſſe aliquot gradibus.

Occiduorum Chriſtianorum in Orientē profectio ſignificata eſt cœlitus, infinita multitudine locuſtarum orta ab Occidēte, & tanta vt inter volādum nubibus æquipararetur & ſolem obūbraret. Zonar. tom. 3.

An. 1097. Nicea vrbs quinta hebdomada obſidionis expugnatur à noſtris. Fucher. cap. 4. Eodē anno Balduinus frater Godefredi fit Comes Edeſſæ Meſopotamiæ & Medorum Metropoleos. Fucherius cap. 6. Tyri. lib. 4. cap. 2. An. 1098. Antiochia per deditionem recepta à Francis 9. menſe obſidionis: Boamundus Dux Apuliæ fit eius Princeps. Fucher. cap. 7. & 17. Tyri. lib. 5. cap. 17.

Henricus 4. ſexaginta duo prælia geſſit Faſcic. temp. Ex eius nomine quòd ipſe ius inueſtituræ mordicus ſibi vendicaret, ſimonia dicta eſt Henriciana hęreſis. Ab. Vrſper.

r Expetente populo, eligente clero, collaudāte Cardinalium ſenatu Pontifex efficitur. Plati. Valde hallucinantur hi qui ſcribunt eum primum iuſſiſſe decimas perſolui ſacerdotibus.

Iuo Carnotenſis Epiſcopus decreta Pontificum, exemplo Burchardi, redegit in vnū volumen. Sige. & Trith. de ſcrip. Eccleſ. Hildebertus Turonenſis Archiepiſcopus, Zacharias Chryſopolitanus Epiſcopus.

Anſelmus Landuneſis, Anſelmus Lucēſis Epiſcopus, & Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, Rupertus Tuicēſis Abbas, Berēgozius Abbas, Hugo Carthuſianus, ſanctiſſimi Theologi. Sigeb. Plati. & Trith.

Cœnobium Clareuallenſe conſtruitur ſub primo eius Abbate D. Bernardo anno ætatis ipſius 27. Guilel. de Nangia.

Sigebertus Gallus Celbatēſis (ſeu Gemblacenſis) monachus, Annales à fine Tripartitæ Hiſtoriæ, id eſt, ab anno Chriſti 381. vſque ad annum 1112. perduxit.

S. Agnes nobilis mulier, natione Romana, & Abbatiſſa Hieroſolymæ. Tyri. lib. 18. cap. 5. ſuum ordinem Sanctimonialium auſpicatur. Volat. Polyd. lib. 7. De inuent. ca. 5. S. Marina virgo obiit Venetiis an. 1113.

Ottho Bambergenſis Epiſcopus, regionem Pomeranam cum Duce Vueriſlao ad Chriſti fidē conuertit. Krantius lib. 5. ca. 45. Munſter. in Coſm. Alii referunt ad tēpora Calixti 2. hoc eſt, an. 1124. Ab. Vrſp. Naucl.

Multa vbique prodigia contigerūt: Sus in Gallia apud Legiēſem parochiam enixa eſt

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xp̃o nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *vt vocetur generale. In eo agitur de Eccleſiæ reformatione, & præcipuè de expeditione contra Turcas, & decretum eſt vt ſinguli profecturi Hieroſolymam ſignum crucis vel in pileo vel in veſtimentis conſuerent. Plati. Guile. Tyri. lib. 1. de bel. ſacro, cap. 14. & 15. Fucherius lib. de expediti. Hiero. cap. 1.* | | | |
| | | | *Pariſienſe à Gallis, Anglis, Normānis, Flandris, & Lotharingis celebratum aduerſus Turcas. Ab. Vrſperg.* | | | |
| | | | *Melchienſe coactum ab Vrbano Pōtifice. Ca. eos qui. diſti. 32.* | | | |
| 5188 | 1100 | 166 | r PASCHALIS 2. Tuſcus, eiſdem Impp. vſque ad Hēricum 5. Imper. Occi. & Ludouicū 8. dict. 6. Craſſum Francorū Reg. | 18 | 6 | 7 |
| | | | *Vacat* | | | 3 |
| 5190 | 1102 | | CONCIL. *Lateranenſe, Epiſco. Italiæ & Galliæ. In eo Anathema cōtra Henricum 4. Imper. promulgatū confirmatur. Ab. Vrſperg. Palmer.* | | | |
| 5193 | 1105 | | *Florentinum, Epiſcoporum 340. præſide Paſchali, contra Fluentinum illius loci Epiſcopum, qui motus quotidianis portentis, quæ tunc accidebant, dicebat iam tum natum eſſe Antichriſtum. Sabel. AEnead. 9. lib. 3. Palm. Fuit etiam contra Henricum 4. Imp.* | | | |
| 5193 | 1105 | | CONC. *ad Northuſen Thuringiæ ciuitatem, Mogūtino Archiepiſcopo, & Conſtantienſi Epiſcopo vicariis ſedis Apoſtolicæ, indictum eſt ab Henrico 5. viuo patre. In eo actum eſt de doctrina, damnataque eſt ſimonia & nuptiæ ſacerdotum. Ab. Vrſperg. & Barns.* | | | |
| 5195 | 1107 | | *Guardaſtallenſe in Longobardia, multorum Epiſcop. & Principū: in quo actum eſt de iure Eccleſiaſticorū. Plati.* | | | |
| 5197 | 1109 | | *Trecaſsimū in Gallia, præſide Paſchali Rom. Pontifice: vocatur vniuerſale à Guilel. de Nangia. In eo nuptiæ interdicuntur ſacerdotibus, & ſimoniaci, & Laici, collatores beneficiorum Eccleſiaſticorum, ab Eccleſia proſcribuntur. Pontifex ſuppetias implorat à Philippo Rege contra Imperatoris factiones: Galliæ ſacerdotes ad meliorē frugem reducuntur. Alii referunt ad annum 1107.* | | | |
| 5200 | 1112 | | CONC. *Lateranenſe Epiſcop. circiter 100. in quo Pontifex priuilegium de inueſtitura Epiſcoporum, conceſſum Henrico 5. Imperatori, vt per vim impetratum, reuocat, eique aqua & igni interdicit. Plati. Kranti. lib. 5. cap. 34. & 37.* | | | |
| | | | CONCIL. *celebre Londini celebratur ab Anſelmo Cantuarienſi* | | | |

fœtum

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *Epiſcopo, qui in eo multa ſalutaria inſtituit de reformatione Eccleſiaſtici ſtatus. Polid. lib.11. Angli.* | | | |
| 5202 | 1114 | | *Tria Concilia in Galliis celebrãtur à Conone Apoſtolicæ ſedis legato. Guil. de Nangia.* | | | |
| | | | *Remenſe.* | | | |
| | | | *Bellouacenſe. Continuatio Sigeb.* | | | |
| | | | *Cathalanenſe.* | | | |
| 5204 | 1116 | | *Lateranenſe aliud, præſentibus legatis Henrici 5. Imper. Eo in Concilio iterum Pontifex datum Henrico de inueſtitura priuilegium condemnat, & ipſum excõmunicat. Agitur & de trãſlatione Epiſcoporũ. Ab. Vrſper. in Chro.* | | | |
| | | | Schiſmatici ſub Paſchali 2. | | | |
| 5189 | 1101 | | Poſt Clementem 3. ſucceſsit in ſchiſmate Albertus Attellanus, qui ſedit | | 4 | |
| 5189 | 1101 | | Syluester 3. Romanus, antea vocatus Theodoricus ſuccedens Alberto ſedit | | 3 | 15 |
| 5190 | 1102 | | Vtriſque coactis renunciare Pontificatui ſucceſsit in ſchiſmate Maginulphus Romanus, qui non longè poſt deceſsit. | | | |
| 5206 | 1118 | 167 | ſ GELASIVS 2. Caietanus, monach⁹, vir ſanctiſsimus (*Plati.*) Ioanne Comneno (cognomẽt. Maurus *Tyr. lib. 15. cap. 23.*) Cõſtantinopolitano ſiue Orient. Imper. Henrico 5. Occident. ſiue Germanorum Imper. Ludouico 8. dict. 6. cognom. Craſſo ſiue Groſſo Fr. Reg. | 1 | | 5 |
| | | | *Vacat* | | | 2 |
| | | | Gregorius 8. dictus antea Burdinus, Bracharenſis Epiſcopus, contra Gelaſium ab Henrico Imp. creatus, in ſchiſmate ſedit annos aliquot | | | |
| 5207 | 1119 | 168 | t CALIXTVS 2. Burgundus, eiſdem Imperantibus | 5 | 10 | 6 |
| | | | *Vacat* | | | 8 |
| 5207 | 1119 | | NONVM *generale & primum apud Latinos œcumenicum Concilium Lateranenſe, Patrum 900. contra Sarracenos & Turcas, de recuperãda terra Sancta. Platin. Krantius lib. 3. hiſtor. Saxon. cap. 40.* | | | |
| 5207 | 1119 | | *Remenſe prius à Gelaſio indictum, celebratur à Calixto, præſentibus legatis Henrici Imp. Quo in Concilio proſcripti ſunt ab Eccleſia ſimoniaci, & pro ſepultura, chriſmate, & baptiſmo* | | | |

fœtum humana facie: Gallinaceus quatuor pedibus naſcitur: Biceps infantulus ſexu duplex natus eſt Namurci. Sigeb. Guilel. de Nangiaco: Innumeræ aues aperto cœlo dimicantes, exanimes in terram deciderunt: In Italia ſic terra per 40. dies tremuit, vt villa quædam vehementia motus alium in locum fuerit tranſlata: Multi ſacro igne accendũtur membris inſtar carbonum nigreſcẽtibus. Talia multa legũtur tũc accidiſſe.

Henricus 1. Angliæ Rex incarcerato Roberto fratre, ac omnibus penè Normanniæ principibus captis aut cæſis, totam Normãniam obtinuit. Sigeb.

Ordo præmonſtratẽſis ſub regula D. Auguſtini an. 1116. initium habuit à Noberto nobili Lotharingo. Continua. Sigeb. AEmil. lib. 5. Alii hoc ad an. 1137. reiiciunt, alii ad tẽpora Vrbani 2.

Ioa. Zonaras apud Græcos Annales ſuos ab orbe condito ad mortem vſque Alexii, hoc eſt, ad an. Chriſti 1117. perduxit, vno tomo Iudæorũ, duobus aliis Imperatorũ geſta recẽſens. Sic Honorius presbyter Auguſtodunẽſis apud Latinos vſque ad idẽ tempus.

Baſilius quidam medicus habitu monachali auctor & hæreſiarcha ſectæ nefariæ Bogomilorum, communi ſuffragio & iuſſu Alexii Imperatoris apud Cõſtantinopolim in equeſtri theatro cõburitur. Zonar. tom. 3.

Alexius Impe. apud Philippopolim multos Manichæorum qui vulgò Pauliciani dicebantur (nam magnam multitudinem Manichęorum Ioannes Zimiſces, vt diximus, in ea loca ex Oriente tranſtulerat) ad fidem catholicam traduxit. Zonar. tom. 3.

Polydorus lib. 4. de inuent. rer. cap. 10. & lib. 11. hiſtor. Angli. notat circiter hæc tempora Principes vbique gentium cœpiſſe ſibi ius declarandorum Epiſcoporum vendicare (quod & hodie mordicus tenent) cùm hactenus partim penes ſolos Archiepiſcopos vel Epiſcopos, partim penes clerũ, partim penes populũ fuiſſet. Ego exiſtimauerim id eſſe multò antiquius, vt licet iudicare ex præcedentibus.

Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus acerrimè reſiſtens Henrico Anglorum Regi, qui tale ius ſibi iam vſurpabat, recuſauit eos cõſecrare quos ipſe Rex elegiſſet; & tandẽ, obtinuit vt audito iudicio Paſchalis Pontificis Romani abſtineret ab huiuſmodi electione. Polyd. lib. 11. Angl.

ſ Ordo fratrum Militiæ templi ſiue Templariorum (ſic dicti ſunt quòd iuxta templum Domini apud Hieruſalem in palatio Regio habitarent) inſtituitur Hieroſolymis per quoſdam nobiles equeſtris ordinis, quorum præcipui erant, Hugo de Paganis, & Ganfredus de ſancto Aldemaro. Tyri. lib. 12. cap. 7. AEmil. lib. 5. Eodem ferè tempore cœperũt ordines Theutonicorum militum, & Ioannitarum ſiue Hoſpitaliorum D. Ioannis. Tyr. lib. 18. cap. 4. 5. & 6.

Edmerus Anglus, Herueus Britannus, Theologi ſcriptores. Trith.

t Calixtum Pontificẽ fuiſſe de Deo ac de hominibus bene meritum ſcribit Platina.

| | An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Men. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Henricus Angliæ Rex ad confirmandum ſtatum ſui Regni, tã ſacerdotum quàm populi Principes conuocauit Sarisberiam: Inde vſum Comitiorum Angli etiam hodie frequenter retinent. Polyd. lib. 11. Angli. Hiſtor. | | | | *prætium exigentes: Imperatori quoque interdictum eſt aqua & igni, quòd nollet reconciliari Eccleſiæ Romanæ. Guilel. de Nangiaco. Paulò poſt Henricus Imper. ratione eius Concilij, iratus Francis, propoſuit Remenſem ciuitatem deſtruere, ſed ei ſtrenuè reſtitit Ludouicus Franc. Rex.* | | | |
| Tyrum florentiſſimam vrbem Phœnicũ Chriſtiani poſt longam obſidionem, per deditionem capiunt an. 1124. Tertia pars vrbis Dominico Duci Venetorum eſt aſſignata: duæ aliæ partes manſerunt penes Balduinum 2. Regem Hieroſolymorum. Tyri. lib. 13. cap. 13. & 14. Palmer. in Chron.<br>v Hic Pontifex familiaritate doctorum & præclarorum virorum mirificè delectabarur. Plati.<br>Tandemus hæreticus multos Antuerpiæ ſeduxit ſua eloquentia & ſubtilitate. Hic negabat Corporis & ſanguinis Chriſti perceptionem ad ſalutem prodeſſe: nihili faciebat ſacerdotes & Epiſcopos: ſuis hæreſibus non aſſentientes occidi iubebat per ſuos ſectatores, habebat enim circiter tria millia militum qui eum vbique ſequebantur. Continuat. Sigiberti. | 5208 | 1120 | | *Neapolitanum in Samaria, reformatorium vt vocant, ad corrigendos mores in omnibus penè valde deprauatos, præſide Guaremundo Hieroſolymitano Patriarcha, & præſente Balduino Hieroſolym. Rege, cum multis aliis Orietalibus Epiſcopis. Eo in Cõcilio editi ſunt 25. Canones. Guilel. Tyri. lib. 12. de bel. ſacr. cap. 13.*<br>CALIXTVS PP. cùm eſſet Guilelmi Burgundiæ Comitis filius, & proinde Henrici Imp. conſanguineus, (& vt quidam volũt ex genere Francorum Regũ) fretus ipſius fauore, apud Sutrium, captum Gregorium 8. pſeudo pontificem pelle induit vrſina, ac ita camelo impoſitum ad Canenſe cœnobium relegauit. Ita grauiſſimo & periculoſiſſimo ſchiſmati finem impoſuit. Guil. Tyri. lib. 12. cap. 8. | | | |
| Ad eam hæreſim ex hominũ animis eradicandam illius loci conſtitutus eſt Epiſcopus Norbertus auctor Præmonſtratenſis ordinis, qui ſuis concionibus adeò profecit, vt ferè omnes ad fidem Catholicam conuerſi fuerint, adferentes in Eccleſiam Corpus Dominicum quòd per decem annos in ciſtis & foraminibus ſecluſerant. Continuatio Sige. Ex his liquet, etiam tunc Chriſtianos manu propria ſumpſiſe corpus Chriſti. | 5211 | 1123 | | *Romanum Concilium, in quo pax inter Pontificem & Imperatorem confirmatur: quòd Imperator in Comitiis Vuormaciæ ius inueſtituræ ceſſiſſet Roma. Pontifici. Continuatio Sigeb.*<br>*Tholoſanum præſide Calixto contra quoſdam hæreticos monachos, in bona Eccleſiæ & Sacramentum Euchariſtiæ blaſphemos. Faſcicul. temp.* | | | |
| Gillebertus Porrectanus Pictauorũ Epiſcopus, ob inſignem eruditionẽ dictus Vniuerſalis, proſcribitur ab Eccleſia quòd negaret diuinitatem, qua Deus eſt, eſſe Deum. Bernard. ſup. Cantic. ſer. 80. & Continua. Sigeberti.<br>Circiter hæc tempora conſcriptus eſt liber Iudaicorum Annaliũ, cuius titulus Seder Olam, ſiue ſeries mundi: vt conſtat ex eius lectione: Summæ eſt auctoritatis apud Iudæos. Nam R. Kimhhi & recentiores Hebræi non rarò eum citare ſolent.<br>Vuilhelmus primus Latinorum Tyri Archiepiſcopus. Tyr. lib. 13. cap. 23. | 5213 | 1125 | 169 | v HONORIVS 2. Imolenſis, Calo Ioãne Cõneno. Orient. Imp. Hẽrico 5. ac poſt eũ Lothario 2. Occi. Imper. Ludouico 8. dict. 6. Magno, cognom. Craſſo Franc. Reg.<br>*Vacat* | 5 | 2 | 8 |
| Hugo de S. Victore Pariſienſis Theologus, Franco Haffligiuienſis Abbas, Ambercus Archiepiſcopus Remenſis, Rupertus Abbas Limpurgenſis, Odo Epiſcopus Cameracenſis, viri doctiſſimi. Plati. Trithe. | 5215 | 1127 | | CONCIL. *Cretenſe in Francia. Tyri. lib. 12. cap. 7.* | | | |
| In Concilio Cretenſi inſtituta eſt regula Templariorum militum, decretumque vt candido pallio vterẽtur. Cùm hactenus nouem tantùm eſſent equites illius ordinis, ex eo tempore adeò excreuerunt numero & opibus, vt ante 50. annos fuerint circiter 300. equites & infiniti penè fratres inferiores quos vocabant Seruientes. Nulla etiam erat regio Chriſtianorum à qua ipſi maximas poſſeſſiones dono nõ accepiſſent. Tyri. lib. 12. cap. 7. Contin. Sigeberti. | 5218 | 1130 | | *Londinenſe, præſide legato Romani Pontificis, ad corrigendos deprauatos mores ſacerdotum. Polyd. lib. 11. Angli. hiſtor.*<br>Schiſma 17.<br>CELESTINVS 2. in ſchiſmate à quibuſdam Cardinalibus Pontifex renunciatus eſt, at ſedulò ſe abdicauit & ceſſit Honorio 2. | | | |
| x Lotharius Imperator corona Imperiali ab hoc Põtifice eſt inſignitus, & compeſcuit ſchiſma cõtra Innocentiũ. Palmer. in Chro. | 5218 | 1130 | 170 | x INNOCENTIVS 2. Romanus, eiſdem Impp. vſque ad | | | Hic |

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Manuelem Orientis Imper. & Conradum 3. Occid. Philippum cum patre, Frã. Regẽ. & ſolũ Ludouicũ 9. dic. 7. Iuniorẽ ſeu Lenem Fran. R. ſedit | 14 | 7 | 13 |
| | | | *Vacat* | | | |

CONC. *Herbipolenſe, præſente Lothario Imp. In eo confirmatur ordinatio Innocentii. Munſter. in Coſmog.*

5218 1130 *Claromontenſe, præſide PP. contra Anacletum & eius factionis ſocios. Polyd. lib. 5. Angl.*

5219 1131 *Remenſe, præſide Innocentio, qui in eo damnat ſchiſmaticos, & Ludouicum Iuniorem coronat, præſente patre Ludouico Craſſo. Guilel. de Nangia.*

5219 1131 *Piſanum, pro fide Chriſtiana tuenda in Syria, & contra pſeudopapas. Plati. Quidam etiã volunt fuiſſe contra Henricum monachum Tholoſanum hæreticum.*

5219 1131 *Moguntinum, præſente Lothario, & præſide legato Apoſtolico. Trith. in Chr. monaſt. Hirſaug.*

DECIMVM *vniuerſale Concilium Lateranenſe, Patrum mille, pro iure cleri, & contra pſeudopontifices. Plati. Lib. Concil.*

5229 1141 *Senonenſe, præſente Ludouico Iuniore, & multis Epiſcopis atque Abbatibus, contra Petrum Abailardum tunc monachum (errant enim qui ſcribunt eum poſtquam conuictus fuiſſet erroris, tunc demum profeſſum fuiſſe vitã monaſticam) qui timens iudicium Concilii & eorum quos ipſemet elegerat, prouocauit ad ſedem Apoſtolicam. Guilel. de Nangia. Bernard. epiſt. 189. & 191.*

5225 1137 *Antiochenum plurimorum Epiſcoporum Orientis, præſide legato Apoſtolico Petro Archiepiſcopo Lugdunenſi, contra Radulphum Patriarcham Antiochenum, qui depoſitus eſt & recluſus in monaſteriũ. Tyri. lib. 15. cap. 16. & 17.*

5225 1137 *Hieroſolymitanum, eodem præſide, præſente Maximo Armeniorum Catholico Epiſcopo. Eo in Concilio actum eſt contra Armeniorũ errores in fide, quos ipſe Epiſcopus promiſit ſe curaturum emendari. Tyr. lib. 15. cap. 18.*

Schiſma 18.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | | Ann. | Menſ. |
|---|---|---|---|---|
| 5218 | 1130 | Anacletus 2. à quibuſdam Cardinalibus electus Pontifex Rom. ſedit contra Innocentium | | |
| 5226 | 1138 | Poſt eius mortẽ à ſuæ factionis Cardinalibus creatus eſt Victor 4. qui cùm ſediſſet menſes aliquot cõſilio D. Bernardi ceſsit Innocentio. AEmil. lib. 5. Plati. | 7 | 9 |

Hic Pontifex confirmat ordines monachorum Præmonſtratenſium, & Ciſterſienſium. Plati. Poſterior antea receptus fuerat à Rom. Pontifice Paſchali.

Lotharius Imperator Pandectas, Codicem, & alios iuris ciuilis libros ſuo tempore à tineis & blattis liberatos per Vuernherũ Iuriſcõſultum, (eum Accurſius nominat Irnerium) edixit legi in ſcholis publicis, & ex ipſis iura in foro dari. Carion. in Chron. lib. 3. Hinc emerſerunt eo tempore doctiſsimi iuris interpretes, inter quos poſt illũ Vuernherum (qui ob eminentem eruditionem dictus eſt Lucerna iuris) Azo primas obtinuit, qui obiit Bononiæ an. 1200.

Ludouicus Iunior Fra. Rex vno ferè mẽſe ante mortem patris Alienorã, ſiue Alienordim, ſiue etiam Leonoram hæredẽ Guilelmi Ducis Aquitaniæ duxit in vxorẽ apud Burdegalam vrbem. AEmil. lib. 5. Harum nuptiarũ cauſa eius pater Ludouicus Craſſus primus (nã & ipſe illud idem poſtea edicto confirmauit) remiſit diocœſi Burdegalenſi iura Regalia in eligendis Archiepiſcopo, Epiſcopis, & Abbatibus, vt apparet ex tabulis cameræ rationum Lutetianæ.

Petrus Abailardus (qui nonnullis Bailardus, aliis Alardus dicitur) Britannus hæreticus, & ſummus philoſophus, primò relicta vxore monachus apud D. Dionyſiũ, demùm Abbas in Britannia. Guilel. de Nangiac. Præter Deum aliquid æternum conſtituebat, & quid tertium præter creatorem & creaturas. Bernard. de Lutzemb. Docebat Chriſtum non aſſumpſiſſe carnem vt hominem liberaret: Timorem Domini caſtum nõ eſſe in futuro ſæculo. Bern. epiſt. 190. De Trinitate ſapiebat Arrium, de perſona Chriſti Neſtorium, de gratia Pelagium. Bern. epiſt. 192. Malè inſuper ſentiebat de proceſſione S. Spiritus, quem negabat eſſe ex ſubſtantia Patris vel Filii: De anima Chriſti, de deſcẽſu Chriſti ad inferos, de Sacramento altaris, dicens poſt conſecrationem priora accidentia quæ remanent pendere in aëre: de poteſtate clauium, de originali peccato, de concupiſcentia, & de aliis multis religionis capitibus. Berna. epiſt. 188. & 189. & 190. Arnaldus de Brixia alter ex Italia hæreticus ſe illi adiunxit. Bern. epiſt. 189. & 195.

Henricus Tholoſanus monachus, hereticus, negabat oblationes pro mortuis aliquid prodeſſe: damnabat Sanctorum inuocationem: olei & chriſmatis conſecrationẽ, Eccleſiaſticam excommunicationem, peregrinationes religionis voto, omnes denique Eccleſiaſticas conſtitutiones ſpernebat. Talem inſinuat Bernard. epiſt. 241. vid. lib. 3. de vita Bernardi cap. 5.

Richardus de S. Victore Theologus Pariſienſis, Hugo de Folieto Corbienſis monachus auctor libri De clauſtro animæ & corporis. Guilel. de Nangiac. Trithem.

Quidam Ianus ſiue Ioannes à Temporibus vel à Stampis fertur vixiſſe annos 361. à tẽpore Caroli Magni, cuius ipſe erat armiger, vſque ad Ludouicũ Iuniorem. Guilel. de Nãg. Gagui. l. 6. Ignatius. Nauc. & Sup. Chr.

Anno 1136. mortuo ſine virili ſobole Hērico 1. Anglorum Rege, Regnum Angliæ à Normannis tranſlatum eſt ad Francos per Stephanum Francum illius nepotem ex Adela ſorore, & Stephani Bleſenſis Comitis filium. Polyd. lib. 12. hiſtor. Angli.

Malachias Archiepiſcopus Ardinachenſis in Hybernia doctiſſimus & ſanctiſſimus obiit. an. 1148. Bernard. in eius vita.

y S. Amedeus Lauſannenſis, Drogo Hoſtienſis Epiſcopi doctiſſimi.

Meſopotamiæ populi ferè omnes ad fidem Chriſti conuertuntur. Palmer.

z Inſtituit Tornacenſem Epiſcopatum in Gallia, cùm per annos circiter 600. à tempore S. Medardi fuiſſet ſub Nouiodunenſi Epiſcopatu: Electus eſt in Epiſcopum Anſelmus Landunenſis Abbas. Guilel. de Nāgia. Continuatio Sigeber.

Cardinales nutu diuino perciti hunc Pōtificem elegerunt. Plati. Ille per D. Bernardum impetrauit à Conrado Imperatore & Ludouico Francorum Rege, vt Chriſtianis in Aſia contra Alcoraniſtas opem ferrent. Nam vterque cum magno exercitu in terram Sanctam profectus eſt. Illa fuit 3. expeditio contra Turcas. Tyri. lib. 16. cap. 18.

Ipſi cùm veniſsēt Hieroſolymam iunctis copiis cum Balduino 3. & Hieroſolymorum quinto Rege Damaſcum obſident: ſed diſſidio ac dolo cuiuſdam Aſſyrii, obſidionem ſoluere coacti ſunt, & ita quiſque ad ſua nauigauit. Tyri. lib. 17. cap. 8. & AEmyl. lib. 5. Gagui lib. 5.

Rabbi Moſes Hiſpanus, Ben Maimō (qui & contractis dictionibus dicitur Rambam) videtur floruiſſe circa hæc tempora. Hunc Iudæi habent in ſummo honore, adeò vt eū inſigniuerint titulo מורה צדק, id eſt, Doctoris iuſtitiæ.

Ipſe in quadam epiſtola de Aſtrologia, meminit ſua ætate fuiſſe in Auſtrali plaga quendam impoſtorem, qui ſe prædicās præcurſorē ac nūcium Meſſiæ ſiue Chriſti mox venturi, multos Iudæos ac Arabes ſeduxit ementitis miraculis.

Euſtathius Theſſalonicenſis Archiepiſcopus in libros Homeri ſcripſit commentarios ſicut & in Dionyſii deſcriptionē orbis. Nicetas lib. 7.

Aleonora repudiata à Ludouico Rege in ipſius odium an. 1152. nupſit Henrico Duci Normanniæ & Andegauenſi Comiti, qui poſtea fuit Rex Angliæ: Ex quo habuit filios quatuor, Henricum, Richardum, & Ioannem poſtea Reges Angliæ, & Ganfridum Comitem Brittanniæ: filias totidem, quarum alia collocata eſt Regi Caſtellæ, ex qua nata eſt Blancha Regina Franciæ, mater S. Ludouici: Altera Alexio Imperatori Orientis: Tertia Saxoniæ Duci, vnde natus eſt Ottho Imperator: Quarta Tholozano Comiti. Illæ nuptiæ fuerunt cauſa grauiſſimi belli inter Francos & Anglos. Guilel. de Nangia. Gagui. lib. 6. AEmyl. lib. 5.

Libri 4. Ioannis Damaſceni de Orthodoxa fide è Græco in Latinum transferūtur

| An. ab orb. cō dito. | Anni à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5232 | 1144 | 171 | CELESTINUS 2. Tuſcus, Manuele Cōneno Orie. Imp. Cōrado 3. Occ. Imper. & Ludouico 9. dict. 7. Iuniore Franc. Reg. | | 5 | 13 |
| | | | Vacat | | | 13 |
| 5232 | 1144 | 172 | y LVCIVS 2. Bononienſis, eiſdem Impp. | | 11 | 4 |
| | | | Vacat | | | 2 |
| 5233 | 1145 | 173 | z EVGENIVS 3. Piſanus, eiſdem Impp. | 8 | 4 | 20 |
| | | | *Vacat* | | | 2 |
| 5233 | 1145 | | CONCIL. *Vezeliū ſiue Vizeliacū in Burgundia, pro expeditione cōtra Turcas, præſide Eugenio, & præſente Ludouico Rege cū Aleonora Regina, & aliis Regni Principibus, qui poſt orationē habitam à D. Bernardo crucem accipiunt ſacrā militiam profeſſi. Plati. Ioan. le Maire.* | | | |
| 5233 | 1145 | | *Pariſienſe quoddam Concilium fertur tunc celebratum ab Eugenio. Ioan. Tili.* | | | |
| 5236 | 1148 | | *Remenſe, præſide Eugenio & præſente D. Bernardo, contra hæreſim Gilleberti Pictonum Epiſcopi, quam ipſe eo in Concilio publicè recantauit. Bernard. ſerm. 80 in cantica. Anton. tit. 17. cap. 1. Fuit etiam contra quendam nomine Eonem, qui ſe magnum Prophetam prædicabat, & ex ſuis diſcipulis alios conſtituebat Angelos, alios Apoſtolos. Continua. Sigeb. Ottho Friſing. lib. 1. cap. 55.* | | | |
| 5238 | 1150 | | *Baugenciacum, in quo Ludouicus Leonoram vxorem repudiauit, ex qua habebat duas filias, Mariā & Aliſam. Ioan. Til.* | | | |
| 5241 | 1153 | 174 | ANASTASIUS 4. Romanus, Manuele Cōneno Orientis Imp. Friderico 1. Ahenobarbo ſiue Barbaroſſa Occ. Imp. Ludouico 9. dict. 7. Franc. Reg. | 1 | 4 | 24 |
| | | | *Vacat* | | | 1 |

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5242 | 1154 | 175 | a ADRIANVS 4. Anglus, Manuele Comneno Orien. Imperatore, Frederico 1. Ahenobarbo ſeu Barbaroſſa Occid. Impe. Ludouico 9. dict. 7. Francorum Rege | 4 | 10 | |
| | | | *Vacat* | | | 3 |
| 5247 | 1159 | 176 | b ALEXANder. 3. Senenſis, Manuele Comneno Cōſtantinopolitano ſiue Orientis Imper. Frederico 1. Ahenobarbo ſiue Barbaroſſa Occident. Imperat. Ludouico 9. dicto 7. Francorum Rege | 21 | | 19 |
| | | | *Vacat* | | | 14 |
| | | | Schiſma 19. quod durauit | 16 | | |
| 5247 | 1159 | | Victor 4. contra Alexandrum à tribus tantùm, vel vt alii volunt, quinque Cardinalibus factione Imperatoris electus PP. ſedit | 4 | 7 | |
| | | | CONCIL. *Claromontenſe, præſide Alexandro* Rom. Pont. *contra* Victo*rem, & Fredericum* Imper. *celebratum fuiſſe, teſtantur Platina & quidam alii. Sed cùm illius temporis hiſtorici nō eius meminerint, mihi eſt valde ſuſpectum.* | | | |
| 5252 | 1163 | | *Turonenſe, præſide Alexandro* PP. *quo in* Concilio *acta* Concilii Papienſis *in quo* Victor *pſeudopontifex, & Fredericus* Imp. *præfuerant, damnata ſunt, & vterque excommunicatur.* Continu. *Sigeb. AEmil. lib. 5.* | | | |

per Burgundionem iudicem & ciuem Piſanū, qui maiorem etiam partem operum D. Chryſoſtomi è Græco in Latinum cōuertit. Antoni. tit. 17. cap. 1.

Archiepiſcopatus Vlisbonenſis in Hiſpania inſtituitur an. 1147. Meir. in hiſt. Fland.

Templarii vt eſſent conſpectiores ſuis cādidis clamydibus aſſuerunt cruces panni rubei. Ty. lib. 12. cap. 7.

a Noruegiam ſua prędicatione ad Chriſti fidem perduxit antequam eſſet Roma. Pontifex. Plati. Ioan. Stella in Chron.

Vuilhelmus ſeu Guilelmus huic Pontifici reconciliatus, ab eo declaratur & coronatur Rex vtriuſque Siciliæ, quā acceperat in feudum. Krant. lib. 6. ca. 16. Ex eo tēpore Regnū Siciliæ appellatū eſt Patrimoniū Petri.

D. Bernardus Abbas Clareuallenſis oraculum ſui ſeculi, vitæ ſanctimonia & ſummis miraculis clarus obiit an. ętatis 63. & an. Chriſti 1153. In eius vita li. 5. ca. 2. Alexāder 3. PP. eū in Sanctorum numerū retulit an. 1165.

Anno 1158. Liuonia regio, quæ hodie vocatur Lifland, cœpta eſt tūc primùm à mercatoribus Chriſtianis explorari; vbi cùm plurimi lucri cauſa ſæpe aduentarent, S. Menradus tunc presbyter doctiſſimus Chriſtum prædicans multos eorum, inter quos erat Cobbe Liuoniæ Princeps, à gētilitate ad fidem Chriſtianam traduxit. Ipſe poſtea rogatu Cobbe Principis ab Alexandro 3. PP. deſignatur illius loci Epiſcopus, vbi nūc eſt Riga Metropolis. Kranti. lib. 7. cap. 13.

b Confirmat ordinē Cartuſiēſiū. Faſci. tēp.

Ad eius pedes procubuit Fredericus Imper. petens abſolutionem excommunicationis. Plati. Ferunt Ludouicum Francorum & Hēricum 2. Anglor. Reges, pedites ei inſeruiſſe ſtratoris officio, ac leua dextraque frenum equi ipſius tenentes eum per Totiacū vrbem magna cum pompa deduxiſſe.

Petrus Lombardus Pariſiēſis Epiſcopus, cognomento Magiſter ſententiarum, Gratianus Bononienſis monachus, rapſodus libri Decretorum, Petrus Trecenſis cognomento Comeſtor vel Manducator, auctor ſcholaſticæ hiſtoriæ, ſi nonnullis credimus, fratres nothi. In vita Gratiani. Alii contra putant eos nec germanos nec συγχρόνȣς fuiſſe: ſed ipſi falluntur quod ad eorum tempus pertinet.

Ottho Friſingēſis Epiſcopus filius S. Leopoldi, & frater Hērici Ducis Auſtriæ, Chronologiam ab orbe condito ad annum Chriſti 1150. pertexuit.

Helmoldus canonicus Butſoniēſis hiſtoriā Henetorum ſiue Sclauorum à Carolo Magno vſque ad ann. Chriſti 1168. perduxit.

Auicenna ſeu Aben zenna (id eſt ex poſteris Zennæ, nomē enim patris ſui erat Eli, ait Elias in Tisb. in rad. אבן) Auerrois, ſiue Abē Roes, Meſue, medici & philoſophi ſūmi apud ſuos Arabes nominis. Sabe. AEnead. 9.

Rabbi Iehuda Leuites incidit in hæc tēpora, ait Aben Ezra in cap. 9. Daniel.

Rabbi Abraham Aben Ezra Iudæus Hiſpanus, qui ſcripſit in omnes libros receptos in canone Hebræorum, floruit tunc, vt ipſe

testatur

teſtatur ad calcem commentariorum ſuper Danielem & ſuper Malachiam Prophetas.

Quidam Sardenſis mente captus, elapſus à parentibus, diu more ceruorum vixit, gradiens pedibus manibusque & veſcẽs eodem pabulo. Tandem cùm Rex Sardiniæ inſulæ venaretur captuſq; fuiſſet cum ceruis aliis, parentibus eum alloquentibus nihil reſpõdit, ſed nec appoſitum panem & vinum guſtare voluit, cõtentus herba: vnde & paulò poſt media nocte clam manus parentum euadens ad ceruos rediit, nunquam poſtea viſus ab aliquo. Aben Ezra in cap. 4. Danie.

Petrus Bleſenſis Archiadiaconus, Thomas Græcus, Arnoldus Abbas Bonæuallis, Guibertus Abbas Gemblacenſis, Petrus de Riga Remenſis, Ganfredus Antiſiodorẽſis, Ioannes Epiſcopus Carnotenſis, Balduinus monachus Abbas Fordienſis, poſtea Vuigornienſis Epiſcopus, Balduinus Archiepiſcopus Cantuarienſis, ſcriptores Eccleſiaſtici. Trith. de ſcripto. Contiuua. Sigeb.

Ordo Vuilhelmitarum ſeu Gulielmitarum (quos vocant hæremitas) ſumpſit initium à Ioanne Bono Mantuano. Sabel AEnead. 9. Faſcicul. temp.

S. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, cognomento Bequetus, fit martyr in Anglia an. 1171. Tyri. lib. 20. cap. 23. Quã ob cædem Hẽrico 2. tunc Angliæ Regi ſpecie pœnitentiæ iniunctum eſt inter cætera ab Alexandro Pontifice Rom. vt ipſius ſubditi poſſent liberè ad Romanã curiam prouocare: & ne deinceps vllus eſſet Rex Angliæ quem Roma. Pontifex non deſignaſſet. Polydor. lib. 16. hiſto. Angli. Blond. lib. 5. deca. 2. Henricus 8. Angliæ Rex ipſius S. Martyris reliquias incendit an. 1538.

Alexander Pontifex Rom. retulit inter Sanctos, Bernardum Abbatem Claræuallis an. 1165. & Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum. an. 1174.

Ordo Carmelitarum (qui tũc variegata Chlamyde induebantur) initium habuit in deſertis Syriæ. Polyd lib. 7. de inuento .re. cap. 3.

Milites D. Iacobi ſub ritu S. Auguſtini approbante Alexandro PP. exoriuntur in Hiſpania.

Hugo Heterianus Tuſcus multa Græcè & Latinè ſcripſit: extant ad hunc Alexãdrũ 3. tres eius libri de proceſſione S. Spiritus.

Leo Tuſcus interpres Liturgiæ D. Ioann. Chryſoſtomi ſe eius συγχρόνον fuiſſe ſcribit.

Vualdenſium (qui ſic dicti ſunt ab Vualdo Lugdunenſi eorum authore) ſiue Pauperum de Lugduno, variæ hæreſes exoriuntur anno 1170. vt ait Guido Carmelit. lib. de hæreſ. Bernardus Lutzemburgus ea reiicit in annum 1218. Inter multa dogmata quæ ipſis impingit AEneas Sylvius cap. 35. hæc ſunt, Preces pro mortuis & purgatorium ignem eſſe inuentum auaritiæ Sacerdotum: delẽdas ſacras imagines: Confirmationem & extremam vnctionem nõ eſſe ſacramẽta: auricularem confeſſionem eſſe nugacem: Sacerdotẽ quocũque loco quocunq; tẽpore ſacrum Chriſti corpus cõficere poſſe

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5252 | 1164 | | CALIXTVS 3. Victori in ſchiſmate ſuccedens, ſedit ferè | 6 | | |
| 5257 | 1169 | | PASCHALIS 3. antea appellatus Ioãnes, à quibuſdam electus poſt mortem Calixti, iuſſus tandem eſt à Friderico Imper. ſe abdicare pontificatu: ſic finitum eſt ſchiſma, poſtquam ſediſſet | 7 | 5 | |
| 5259 | 1171 | | CONCIL. *celebre plurimorum Epiſcoporum, coactum ab Henrico Angliæ Rege Caſſeli, quæ vrbs eſt Hyberniæ inſulæ, ad corrigẽda ea quæ minus ritè ſecundum dogma Chriſtianum fiebant in Hybernia (nam ſinguli pro opibus plurimas habebant vxores) quam ipſe Henricus nuper edomitam, ab Alexandro PP. dono acceperat cùm iam ab initio poſt Chriſtianam religionem acceptã Hyberni ſeſe ac omnia ſua in Romani Pontificis ditione dedidiſſent. Polyd. lib. 13. Angl. hiſtor.* | | | |
| 5266 5268 | 1178 vel 1180 | | VNDECIMVM *generale Cõcilium, (eſt ſecundum vniuerſale Latinorum) Lateranenſe, præſide Alexandro Rom. Pontifi. Epiſcop. 280. (vel 300. vt ait Tyrius lib. 21. ca. 26.) cùm Orientalium tum Occiduorum: continens 50. capita de reformandis moribus, tam Laicorum quã Eccleſiaſticorum. Antonin. tit. 17. cap. 1. Tom. 3. Concil. Guido Carmeli. putat ſectam Vualdenſium damnatam fuiſſe in hoc Concilio.* | | | |
| 5265 | 1177 | | CONCIL. *Northantoni in Anglia celebratur à quodam Cardinale nomine Hugone legato Rom. Pontificis, conuocatis tã Anglicanis quàm Scotis Epiſcopis, ad componendas lites inter Cantuarienſem & Eboracenſem Archiepiſcopos, qui contendebant de primatu in Scotos Epiſcopos, qui ceſſit Eboracenſi. Polyd. lib. 13. hiſt. Angl.* | | | |
| 5266 | 1178 | | *Concilium alterũ Northantoni coactũ Epiſcoporum Angliæ, præſide Hugone quodam Cardinale legato ſedis Apoſtolicæ. In eo multa et varia pro Chriſtianæ religionis ſtatu agitantur. Polyd. lib. 13. Anglic. hiſtor.* | | | |

& ſuffi-

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5279 | 1181 | 177 | c LVCIVS 3. Lucenſis, natione Tuſcus, Alexio Comneno Orient. Imper. & poſt eum Andronico Comneno tyranno Orient. Imp. Friderico 1. Barbaroſſa Occident. Imper. & Philippo 2. cognom. Theodato, & Auguſto Fra. Reg. | 4 | 2 | 18 |
| | | | *Vacat* | | | 12 |
| | | | CONCIL. *Veronenſe, præſide Lucio PP. vt Chriſtiani occidui Principes Aſianis contra Turcas ferrent ſuppetias, & contra Romanorũ ſuperbiã. Platin.* | | | |
| 5283 | 1185 | 178 | d VRBANVS 3. Mediolanenſis, eiſdẽ Imperantibus, & poſt Andronicum, Iſaacio 2. Angelo Orientis Imperatore | 1 | 10 | 25 |
| | | | *Vacat* | | | 11 |
| | | | CONCIL. *Pariſienſe, præſide Philippo Rege, Epiſcoporum Galliæ, pro expeditione contra Turcas. Gagui. lib. 6.* | | | |
| 5285 | 1187 | 179 | e GREGORIVS 8. Beneuentanus, eiſdem Imperantibus | | 1 | 27 |
| | | | *Vacat* | | | 20 |
| 5286 | 1188 | 180 | f CLEMENS 3. Romanus, eiſdem Imperantibus, vſque ad Henricum 6. Occid. Imper. | 3 | 5 | |
| | | | *Vacat* | | 8 | |

& ſufficere ſi verba ſacramentaria tantùm proferat. Iidem fortaſſe cum hæreticis illius temporis, quos auctor (qui tunc degebat) continuationis hiſtoriæ Sigeberti vocat Agenenſes.

Berna (id eſt lingua Heluetica, Vrſus; ita dicta, quòd cùm ea ædificaretur caſu occurrit vrſus) & Friburgum vrbes ædificari cœptæ. Nancler. Monſter.

c Theodorus Balſamon doctiſsimus iuriſconſultus & theologus, Antiochenus poſtmodum Patriarcha multa hoc tempore ſcripſit, vt ipſe de ſe teſtatur in præfatione ſuper Nomocanonem, Nicetas quoque lib. 3. de Iſaacio.

Guilelmus Tyrius Archiepiſcopus, quintus ex Latinis, ſuam hiſtoriam de bello ſacro Latinorum contra Turcas & Sarracenos, 84. annos complectentẽ, ab anno Chriſti 1100. vſque ad annum 1184. perſequitur.

Multi hæretici combuſti ſunt in Flandria iuſſu Philippi Flandrenſiũ Comitis & Guilelmi Remenſis Archiepiſcopi ſedis Apoſtolicæ legati. Illi dicebant omnia æterna à Deo, corpus autem hominis & temporalia à Luciabelo creata eſſe: baptiſmum paruulorum & Euchariſtiam reprobabant: ſacerdotes ex ſola auaritia Miſſas celebrare calumniabantur. Guilel. de Nangia.

Septem millia Cotarellorum, qui regionem Biturigenſem vaſtabant, ab illius terræ incolis interficiuntur. Ipſi perſequebantur maximè viros Eccleſiaſticos, quos miſeris mortibus conficiebant: Sacrum Chriſti corpus pedibus conculcabant, & Eccleſias incendebant. Guilel. de Nangia.

Iudæi è Francia expulſi ſunt, & eorum ſynagogæ demolitæ vel mutatæ in Eccleſias, edicto Philippi Regis, quòd Chriſtianũ puerum in Chriſti ludibrium cruci affixiſſent, & grauiſſimis vſuris vexarent Franciam. AEmil. lib. 5. Gagui. lib. 6. Verùm non multo poſt tempore redeuntes, ab eodem admittuntur. AEmyl. lib. 6.

d Diſſidentibus inter ſe Chriſtianis, ſcilicet, Guydone Rege Hieroſolym. & Raimũdo Comite Tripolitano, Saladinus Turcarum Rex poſt maximam ſtragem noſtrorum fere 22000. recepit Hieroſolymam cum ſuo Rege an. 1187. 2. Octobris, feria 6. anno 88. (AEmyl. 89.) ex quo Regnum Hieroſolymorum cœperat eſſe penes Latinos. AEmyl. lib. 5. Blond. lib. 6. dec. 2.

Guilel. de Nangiaco Iſaacii Oriẽtis Imperatoris meminit ſub nomine Curſac, quẽ ait alios vocare Iſaquinum: ſed id non mirũ in hiſtoria aliena.

e Quidam hiſtoriographi hunc prætermittunt.

f Fridericus Imperator, Philippus Rex Francorum, Henricus Anglorum Rex, Odo Dux Burgũdiæ, Philippus Comes Flandriæ, Henricus Comes Campaniæ, Theobaldus Comes Bleſenſis, Epiſcopi quàmplurimi, & omnes ferè Regni Franciæ Barones, quartã expeditionem cõtra Turcas precibus huius Clementis PP. ſuſcipiunt, ſeque cruce inſigniũt, cùm audiſſent Hieroſolymã & totam

Syriam, præter tres vrbes Tyrum, Tripolim, & Antiochiam, & quaſdam arces à Saladino fuiſſe occupatas. Palmer. in Chron. Guagui. lib. 6. Blond. lib. 6. dec. 2.

Verùm Philippus & Henricus mox redierunt ad ſuos, & Fridericus ibi dum in flumine lauaretur ſubmergitur. Continuatio Sigeb. Palmer. Guilel. de Nangia.

Philippus Theodatus ſiue A Deo datus, multa Pariſiis vtiliter inſtituit. AEdiles, quos vulgo vocamus Scabinos ſiue Eſcheuinos eligendos curauit. Eam vrbem auxit tota illa parte quæ à Paruo ponte ad abbatiam S. Genouefæ tendit, quam etiam mœnibus cinxit, plurimos vicos ſtrauit lapidibus, D. Innocentii cœmiterium extruxit, forum venale vulgo Hallas in plateam quā Campellos vocabant ædificauit, nemus Vicenarum (*de Vincene*) prope vrbem muris cinxit. Guilel. de Nangia. AEmil. lib. 9. Gagui. lib. 6.

* Toti Franciæ ſacris interdixit ob diuortium Philippi Regis qui Ingebergam ſeu Gelbergam vxorem repudiauerat. Guil. de Nangia.

Gilbertus Abbas, Alanus Epiſcopus Antiſiodorenſis, Philo Epiſcopus Carpathius, Guarricus Abbas Igniacenſis, Ioachimus Calaber Abbas Florētinus, vt de ſe teſtatur ſupra cap. 9. Apocaplyp. Godefridus Viterbienſis, Mauritius Epiſcopus Pariſienſis. Ipſius exemplo inualuit mos per aliquot annos in Frācia vt ſacerdotes morientes tabulā Catholicam fidem de reſurrectione cō plectentem pectori apponerent, quòd tunc multi de ea dubitarent. Guilel. de Nangia.

Ordo Cruciferorum oritur in Italia an. 1197. Volater.

S. Guilelmus Biturigenſis Epiſcopus floruit. Honorius 3. PP. eum in Sanctorum numerum retulit.

g Fuit doctiſſimus Theologus & iuriſconſultus, multaſque Epiſtolas decretales de rebus arduis ſcripſit, vt in libris quinq; Decretalium plura ipſius reſcripta reperiātur, quam omnium aliorum ſimul Pontificum.

Exorti ſunt multi ordines religioſornm, ſiue monachorum. Dominicus Calaguritanus Hiſpanus inſtituit ordinem Prædicatorum, cuius ordinis feruntur fuiſſe 4143. cœnobia. Franciſcus Aſiſiates Italus ordinē Minorum. Palmer. Plati. Horum ſuo tempore 90. millia fuiſſe ſcribit Sabel. AEnead. dec. 9. lib. 9. Carmelitarum ordo tunc ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano inſtauratur. Ordo Eremitarū S. Auguſtini. Ordo S. Trinitatis inchoatur à Ioanne Mattha & Fœlice Anachoreta. Gaguī. lib. 6. Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 21.

Abbas Vrſpergenſis (cuius nomen ignoratur) ſuum Chronicon ab Orbe cōdito ad hæc ſua tempora .i. annum 1199. conſcripſit.

Nicetas Acominatus Choniates ſcripſit hiſtoriam rerum memorabiliū quæ in Cōſtantinopolitano Imperio per 88. circiter annos, hoc eſt, ab anno Chriſti 1117. in quo deſinit Zonaras, vſque ad an. 1205. cōtigerūt.

Guilelmus Epiſcopus Antiſiodorenſis,

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Ponti ficum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | CONCIL. *Pariſienſe, coactum à Philippo Regē, cui decimæ ab Eccleſiaſticis conceſſæ ſunt ad bellum gerendum contra Saladinum Turcorum Regē, à quo illæ dicta fuerunt Saladinæ. Gag. lib. 6.* | | | |
| 5279 | 1191 | 181 | * CELESTINUS 3. Romanus, Iſaacio 2. Angelo Orien. Imp. Hērico 6. Occi. Imp. & Philippo 2. cognom. Auguſto & Theodato Francor. Reg. | 6 | 7 | 11 |
| 5286 | 1198 | 182 | g INNOCENTIUS 3. Anagninus, Iſaacio 2. Angelo, Alexio Cōneno eius fratre, Alexio Angelo Iſaacii filio, Alexio Duca cognomento Murzuflo (aliis Murſypho, aliis, Myrtilo) Balduino, & Hērico, ex ordine Orientis, ſiue Conſtantinopolitanis Imperatoribus: Philippo, Otthone 4. Friderico 2. ſucceſiuè Occidentis Imperatoribus, & Philippo 2. Franco. Reg. | 18 | 7 | 16 |
| | | | *Vacat* | | | 1 |

An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies.

5287 | 1199

CONCIL. Diuionenſe, plurimorum Epiſcoporum Galliæ, præſide legato Apoſtolico, qui ſecundò ex ſententia Concilii Philippo Regi & toti Regno ſacris interdixit propter diuortiũ Regis, & ſecundũ matrimoniũ cum Agne Ducis Morauiæ filia. Gagui. lib. 6. AEmyl. lib. 6. Rex appellauit ad Pontificẽ, vel vt alii dicunt, ad generale Concilium.

5303 | 1215

DVODECIMVM œcumenicum Concilium Lateranenſe, omnium quæ vnquam fuerunt in Europa celeberrimum, in quo præfuit Innocentius PP. interfuerunt duo Patriarchæ, Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus: Archiepiſcopi tum Græci tum Latini 70. Epiſcopi 400. Abbates 12. Priores conuentuales 800. Simul omnes Patres 1285. Legati Romani & Græci Imperatoris, Oratores Regum Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Hieruſalẽ, Cypri, et cæ. Eo in Concilio actum eſt de 70. capitibus contra hæreſes, & ad mores atque ſtatum Eccleſiaſticũ pertinentibus. Tractatum item eſt de recuperanda Hieroſolyma. Tom. 3. Concil.

TRANSVBSTANTIAtionis vocabulum auctoritate illius Cõcilii ad cauendas omnes hæreticorũ tergiuerſationes in Eccleſia vſurpari cœptum eſt. Ca. 1. De ſum. Trinit. Idque nõ ſecus (vt hoc obiter dicam) atque verbum Omouſion antea decreto Niceni Concilii: nec aliud ſignificat quàm Cypriano (ſerm. de cœna) panem & vinũ in carnem & ſanguinem Domini mutari ac conuerti, &, panem omnipotentia verbi factum carnem: Euſebio Emiſſeno (homil. 4. in Paſcha.) terrena commutari & tranſire: & iterum, creaturas conuerti in ſubſtantiã corporis Chriſti: Chryſoſtomo (ſerm. de Encæniis) nihil ſubſtãtiæ panis remanere: & (in Liturgia) Deũ viſibilia in corpus Chriſti μεταβάλλειν. i. tranſmutare: Auguſtino (ſerm. 28. de verbis Domini) iam non eſſe panem, ſed corpus Chriſti: Hieronymo in Marc. Chriſtum transfigurare panem in corpus ſuum: Ambroſio (lib. 4. de Sacram. cap. 4. & 5. & lib. de iis qui initiantur cap. 9.) creaturas & naturas ſiue ſubſtantias mutari: Damaſceno (lib. 4. de Ortodoxa fide cap. 14.) & Heſychio (Leuit. lib. 6. cap. 22.) panem in carnẽ Domini ſupernaturaliter trãſmutari, & fieri ſenſibilium translationem & commutationem: Theophylacto (in 14. cap. Marc.) tranſelementari panem in carnem Chriſti, vel trãsformari in 6. cap. Ioan. & in 26. Math.

In hoc Concilio certus habitus eſt Iudæis aſsignatus. cap. In nõnullis de Iud. & Sarrac.

Abſalon abbas, Petrus Senonenſis, Stephanus Anglus, Cæſarius Heyſterbachẽſis, Euſtathius abbas Anglus, Alexander Neckam Anglus.

Helmandus ſiue Helynandus monachus frigidi montis, in Beluacenſi territorio præter alios libros compoſuit Chronologiã ab orbe condito ad annum Chriſti 1210. Guile. de Nangia. Antonin. tit. 18. cap. 5.

Albigenſes, aliis Albiani, aliis Albii, hæretici, in Comitatu Tholoſano inter alias hæreſes reiiciebant omnia ſacramẽta, damnabant nuptias. Vide eorum errores apud Bernard. Lutzem. in catal. hæret. Taliũ protectores erant Rex Arragonum, Comes S. Eligii, Princeps Fuxi, & Raymundus Comes Tholoſates. Illi Catholicos miſerè tractabant, eoſque illudentes quòd Sanctos & D. Virginem venerarentur: blaſphemabant in D. Virginem, Haa meretrix ſancta Maria. Guilel. de Nangiac. Contra eos à Francis, tam clericis quàm Laicis variè certatum eſt ferè per 12. annos. Tandem victi ſunt à Simone Montifortenſi Comite, qui cõtra eos miſſus fuerat à Philippo Rege Franc. Eique decreto Lateranenſis Cõcilii datus eſt Tholoſanus Comitatus. Polyd. Virgi. lib. 16. Angli. AEmil. lib. 6. Blond. lib. 6. dec. 2. Faſcicul. temp. Dominicus etiã plures eorum ad veram fidem reduxit. Plati.

Almaricus ſiue Amorricus Carnotenſis vir eruditus, ſed hæreticus, conuictus eſt viginti errorum, quorum vnus erat: Corpus Chriſti non magis eſſe in ſacramẽto Euchariſtiæ, quàm in qualibet alia re. Eius ſequaces cum eiuſdem oſſibus refoſſis Lutetię poſtea vſti ſunt. Gagui. lib. 6. AEmil. lib. 6. Bernard. Lutzemb. in Catal. hæretic.

Alii quidam hæretici blaſphemi in Perſonas S. Trinitatis comburũtur Pariſiis. Gagui. lib. 6.

Alii hæretici in Alſatia eſum carnium in Quadrageſima & quouis alio tempore dicebant eſſe licitum: negabant fornicationẽ eſſe peccatum, quòd coitus eſſet res naturalis. Eorũ circiter octoginta vno die apud Argentinum comburuntur. Naucl. Trith. in Chron. monaſterii Hirſaugienſis.

Philippus poſt varia prælia cum Anglo, totam Normanniam ſeptem Epiſcopatibus conſtantem recepit anno 332. (alii 260. AEmyl. 270. Polyd. 316.) poſtquã Carolus Simplex eã conceſſiſſet Rolloni Duci Normannorum. Guilel. de Nangia. AEmil. lib. 6. Polyd. lib. 15. Angli. hiſt. Gagui. lib. 6.

Aquitania etiã ſe tota ferè ſubdidit Philippo. Ita ab vniuerſa, quam in Galliis habebat, poſſeſſione Ioannes Rex Angliæ ſua ignauia penè eſt depulſus. Polydor. lib. 15. Anglic.

Galli & Veneti expugnata vrbe Conſtantinopoli contra Alexium Comnenum, qui Iſacium Comnenum fratrem excæcatũ detinebat in carceribus, inter ſe conueniunt, vt Galli Imperatorem Gallum, Veneti Patriarcham Venetum darent: Illi Balduinum Flandrum, hi Thomam Maurocenum nominarunt. Blond. lib. 6. dec. 2. AEmil. lib. 6. Ni-

| | An. orb. cō dito. | Anni à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| cetas lib. vlti. Sic imperium Orientis manſit penes Gallos 60. ferè annos. Blond. lib. 8. deca. 2. | | | | | | | |
| Balduinus Orientis Imperator Græcam Eccleſiam ad tempus Romanæ audientem & concordem reddidit. Illius vnionis facta eſt mentio ab Innocentio PP. in Concilio Lateranenſi.<br>Veneti an. 1202. eripiunt Græcorū Imperatoribus Cretam inſulam, quæ olim ἑκατόμπολις, hodie Candia dicitur. Sabel. AEnead. 9. lib. 9. Circuitus eius 588. millia paſſùm continet.<br>Ioannes Brennus Chriſtianorum Principum vno conſenſu Rex Hieroſolymitanus deſignatur, ſed nomine tenus. Blond. lib. 6. dec. 2.<br>Ioannes Rex Angliæ vir impius poſt ſacras ædes à ſe ſpoliatas, & ſacerdotes pulſos Regno, & redditibus Eccleſiæ per ſex annos retentis, in pœnam religionis contemptæ excōmunicatus à Pontifice Rom. non antea abſoluitur quàm diadema capiti ademptū Pandulpho legato Apoſtolico traderet, nunquā id ipſe aut hæredes accepturi niſi à Pōtifice Roma. Angliā item & Hyberniam reddidit feudatarias, Roman. Eccleſiæ, promittens pro Anglia 700. marchas auri, & pro Hybernia 300. Polydor. lib. 15. Angli. hiſto. AEmyl. lib. 6. Blond. lib. 6. dec. 2. Guilel. de Nangia.<br>Saxo Grammaticus pertexit hiſtoriam Danorum vſque ad annum ferè 1200.<br>Græci odio Latini nominis nolentes parere Conſtantinopolitanis Imperatoribus, ſibi ex ſua natione Theodorum Laſcarim Imperatorem creant ad Niceam vrbem. Niceph. Gregoras lib. 1.<br>h Coronauit Romæ Fridericum 2. Imperatorē Occidentis, & Robertum Petri fil. Imperatorem Conſtantinopolitanum cum Iole vxore. Plati. Blond. lib. 7. dec. 2. | 5308 | 1216 | 183 | h HONORIVS 3. Romanus, Petro Altiſiodorenſi, Roberto eius filio, ſucceſſiuè Conſtantinopolitanis Imperatoribus, Theodoro Laſcari, & Ioanne Duca Græcor. ex ordine Impp. Friderico 2. nepote Barbaroſſæ Occid. Impe. & Philippo 2. Ludouico 10. dict. 8. per ordinē ſucceſſionis Frācor. Regibus<br><br>*Vacat* | 10 | 7 | 13<br><br>1 |
| Confirmauit ordines Prædicatorum & Minorum monachorum, biennio ante mortem D. Franciſci.<br>Monaſticus Valliſcolarium ordo ſub regula D. Auguſtini originem ſumit in Campania, per Guilelmum Richardum, Euurardum, & Manaſſem Theologiæ profeſſores: confirmatur ab Honorio.<br>S. Clara conciuis Diui Franciſci ab eo edocta ordinem Virginum auſpicatur. Volater. lib. 21. Alexander 4. eam in numerum Sanctarum Virginum retulit an. 1255.<br>Pruteni coguntur à Theutonicis fidem Chriſti ſuſcipere. Monſter in Coſmogr.<br>Tartari gens Scythica per Changiuſcam primum ſuum Regem Georgianam Armeniamque maiorem ſibi ſubegerūt, inde Poloniam Hungariamque depopulati ſunt. Blond. lib. 7. dec. 2. Plati.<br>Seruitia hominum etiam inter Chriſtianos nondum his temporibus deſiiſſe teſtātur cōſtitutiones iſtius Friderici Imperatoris, De ſeruis & ancillis fugitiuis, in Placitis Regni Neapolitani: ſed ea tamen non longè poſt ceſſaſſe coniicio ex Bartholo, qui ad hoſtes de captiuis ſcribit ſuo tempore | 5313 | 1225 | | CONCIL. *Germanicum, præſide Conrado Legato Apoſtolico, contra ſimoniacos & cōcubinarios clericos. Tom. 3. Concil.*<br><br>*Oxonienſe, præſide Stephano Archiepiſcopo, de officio & ſtatu Eccleſiaſticorum. Tom. 3. Concil.* | | | |

(viuebat

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5315 | 1227 | 184 | i GREGORIVS 9. Anagninus, Balduino 2. Conſtantinopolitano Imper. & Ioanne Duca Græcorum Imp. Friderico 2. Occid Imp. & D. Ludouico 11. dict. 9. Frācorum Rege | 14 | 3 | |
| | | | *Vacat* | | 2 | 1 |
| | | | CONCIL. *Lateranenſe, contra Fredericum 2. Imper. Plati.* | | | |
| 5325 | 1237 | | *Londinenſe, præſide Otthone Cardinale legato Apoſtolico. In eo Concilio poſt longam conſultationem multæ leges latæ ſunt, quæ deinceps ſacerdotalem ordinem conſeruarunt. Polyd. Virgil. lib. 16. Angl. hiſtor.* | | | |
| 5329 | 1241 | 185 | CELESTINUS 4. Anagnin⁹, Balduino 2. Cōſtātinop. Imperatore, & Ioanne Duca Græcorum Imperatore, Friderico 2. Occid. Imperat. & D. Ludouico Francorum Rege | | | 18 |
| | | | *Vacat* | 1 | 9 | |

(viuebat an. 1320.) nuſquā homines Chriſtianis moribus vendi & iampridem ſeruitia deſiiſſe.

Hieroſolyma à Coradino ſiue Gordirio Sarraceno filio Saphadini penitus ſubruta præter Templum Sancti ſepulchri, & arcē quam Turrim Dauid appellant. Guilel. de Nangia. Trith. in Chron. Monaſter. Hirſaugienſis.

Floruit tunc Accurſius Florentinus, primus vniuerſi iuris gloſſator & adhuc vltimus: licèt anno ætatis 37. cœpiſſet ſtudio legum vacare, tamen ſummus euaſit iuriſconſultus, natus 78. mortuus eſt Bononiæ ann. Chriſti 1279.

Ludouicus Rex Franc. Rochellam vrbem expugnauit: tum Lemouicenſes, Petragorii, & omnes Aquitaniæ Principes, exceptis Vaſconibus, qui vltra Garumnam habitāt, ei fidelitatis ſacramentū præſtiterunt. Guilel. de Nangiac. Gagui. lib. 7.

i S. Dominicum auctorem fratrum prædicatorum & S. Franciſcum minorum biennio poſt eius mortem Sanctorum catalogo adſcribit. Item S. Antonium Vliſbonēſem Minoritam, qui dicebatur Epiſcopus S. Franciſci: & Elizabetham Hungariæ Regis filiam. Trithem. in Chron. Monaſt. Hirſaugienſis. Palmer. Krant. lib. 8. hiſt. Saxo. cap. 4. Plati.

Vetuit ius ciuile legi Lutetiæ & aliis in locis vicinis. Cap. ſuper ſpecula. de priuilegiis.

Libros quinque Decretaliū, eo quo nunc ſunt ordine digeri curauit per Raimundum Barchinonenſem.

Statuit Laicos cuiuſcunq; eſſent ordinis prædicare non poſſe. Cap. ſicut. de hæret.

Statuit campanas ad Euchariſtiæ confectionem pulſari, & ad ſalutationē & laudes D. virginis. Alii iſtud inſtitutum adſcribūt Honorio 3. Abb. Vrſperg.

Henricus Anglorum Rex Frācos vicit in Aquitania, Pictones recuperauit, Vaſcones domuit. AEmyl. lib. 7. Polydor. lib. 16. Angl. hiſtor.

Odacharus ſeu Othocarus, & Vuentzeſlaus Reges Bohemiæ dant ius conſecrandi Reges Bohemiæ Archiepiſcopis Moguntinis, qui per multos annos illud retinuerūt, donec aliquis eorum tale ius vendidit Eccleſiæ Pragenſi. Trithem. in Chron. Monaſt.

Hieroſolyma per Fridericum Imperatorem ſine ſanguinis effuſione ſub certis pactionibus à Soldano AEgyptiorum recuperata eſt cùm quibuſdam caſtellis. an. 1229. Trith. in Chron. Monaſter.

Maiorica inſula Sarracenis, qui eam multis annis occupauerant, ab Arragonum Rege eſt erepta. Magna etiam pars terræ quam ipſi in Hiſpania poſſidebant, occupata eſt cum Eremita & Valentia ciuitatibus, à rege Legionis, & eius filio Caſtellæ Rege. Trithem. in Chrō. Monaſter. Hirſaug. Blōd. lib. 7. dec. 2.

Academia Lutetiana, quæ propter ciuiū in ſcholaſticos ſeditiones & cædes delabebatur, quāq; Hēricus Rex Anglus, ad Oxoniēſem ſcholā occultis nūciis ad ſe pellicere

ſtudebat, à S. Ludouico reſtituitur. Gag. li. 7.

Annus Chriſti 1240. eſt Iudæis quintus milleſimus ab orbe condito, à quo ſolent vt plurimum numerare.

S. Ethmundus Cantuarienſis Epiſcopus, S. Steuiſlaus Cracouienſis, Ioannes Friburgenſis Epiſcopus Boſſinenſis, S. Samonas Gazenſis Epiſcopus, doctiſſimi Theologi.

Iordanes Dominicanus Theologus ſuis ſilentium menſæ præſcribit. Volater. lib. 21. Geographiæ.

Tholoſa & totus Comitatus à Francis in deditionem accipitur: ſicque finitũ eſt bellum contra Albios hæreticos. AEmil. lib. 7.

S. Antonius de Padua diſcipulus S. Frãciſci obiit an. 1231. Trith. in Chron. Monaſt. Hirſaugienſis.

Dũ dira fames graſſaretur in Francia, & tãta vt homines belluarũ more herbis campeſtribus veſcerentur (Guilel. de Nangia.) Guilelmus Niuernenſis Epiſcopus ſingulis diebus alebat duo millia pauperum. Mater Hiſtoria.

An. 1238. Theologi Pariſienſes poſt longam diſputationem definiunt, neminem poſſe duo beneficia, ſi vnum ſufficeret ad eum alendum, obtinere ſine mortali peccato. Chron. Franco. & Iac. Meier. in Hiſt. Flandriæ.

Factiones Gibellinorum pro Imperatore qui ter fuerat à Gregorio 9. excommunicatus, & Guelphorum pro Rom. Põtifice exoriuntur in Italia, quæ per 260. fermè annos grauiſſima & plus quàm inteſtina bella pepererunt. Plati. Blond. lib. 7. dec. 2. & AEmyl. Kranti. lib. 8. Hiſtor. Saxo. cap. 8. Trithe. in Chron. Monaſt.

k Scripſit Apparatus Decretalium & Authẽticas: cognominatus eſt Pater iuris. Volat.

Steuiſlaum Cracouienſem Epiſcopum, & Petrum ordinis Prædicatorũ retulit inter Sanctos. Volater. lib. 22.

Hugo Cardinalis S. Sabinæ, antea Barchinonenſis monachus ſcripſit in vniuerſa Biblia, & compoſuit Concordantias, vt vocant, Bibliorum.

Albertus Magnus Dominicanus & Ratisbonenſis Epiſcopus, S. Bonauẽtura Frãciſcanus, Alexander Aleſius, Ioan. Valleis Anglus, Gualterus Pictauenſis Epiſcopus, Ioannes de Rupella Pariſienſis, Guilelmus Epiſcopus Pariſienſis, Bartholomeus Brixianus, Gilbertus Tornacenſis, Bernardus Parmenſis presbyter Compoſtellanus, Hilarius Epiſcopus Aurelianenſis, Iacobus Achonenſis Epiſcopus, Odo Cancellarius Pariſienſis, Henricus Ebredunenſis Archiepiſcopus, Theologiæ præſertim Scholaſticæ & iuris Canonici doctiſſimi interpretes.

Vincentius Bellouacenſis Dominicanus, hiſtoriam vniuerſalem maximè Eccleſiaſticam ab Orbe condita ad an. Chriſti 1250. in ſuo Speculo hiſtoriali complexus eſt.

Henricus primus Dux Brabãtiæ cùm antea ipſius maiores eſſent Louanii Comites.

Circa hæc tempora lingua Germanica cœpit ſcribi Latinis characteribus: tunc etiã Germani nomina Sãctorum imponere cœ-

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5331 | 1243 | 186 | k INNOCENTIUS 4. Genuenſis Balduino 2. Conſtãtinopolitano Imper. & Ioan. Duca Græcorũ Friderico 2. Occident. Imperatore & Interregno Occidentalis Imperii. D. Ludouico 11. dict. 9. Francorũ Reg. | 11 | 6 | 12 |
| | | | *Vacat non quidem annos 2. vt quidam putãt, ſed dies 3. vel vt alii* | | | 1 |
| 5333 | 1245 | | DECIMUM *tertium vniuerſale Concilium Lugdunenſe, præſide Innocentio Rom. Pontif. contra Fridericum Imperatorem qui vocatus ad Concilium & non comparens, hoſtis Eccleſiæ iudicatur ac deponitur Imperio: Fuit etiam actum de recuperanda terra Sancta, D. Ludouico Franc. Rege cõſtituto Duce illius quintæ expeditionis: qui Cruce ſignatus vbi in Aſiã cum ingenti exercitu traieciſſet, rediit in Galliam quinto poſt anno. Plati. AEmyl. lib. 7. Guilel. de Nãgiac. Tom. 3. Concil. Vincenti. lib. 32. Gagui. lib. 7.* | | | |
| | | | RUBER PILEUS, *& purpura in eo Cõcilio primùm conceſſa ſunt Cardinalibus, vt admonerentur ſe ſemper paratos eſſe debere ſanguinem pro Chriſtiana religione fundere. Illis etiam conceſſum eſt vehi equo in vrbe & ferre rubrum galerum. Plati. Gagui. lib. 7. AEmyl. lib. 7.* | | | |

perunt

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5342 | 1254 | 187 | I ALEXANDER 4. Anagninus, Balduino 2. Conſtantinopolitano Imper. Theodoro Laſcari iuniore, Ducæ fil. Græcorum Imp. Michaele 7. Cõneno Paleologo Conſtãtinopoleos & Græcorum Imper. Interregno Imperii Romani, S. Ludouico Francorum Rege ſedit. | 6 | 5 | 5 |
| | | | *Vacat* | | 3 | 4 |
| 5346 | 1258 | | CONCIL. *Oxonienſe, contra Pictones qui ingenti numero confluxerant in Angliam: quos ſtatuerunt cum cæteris alienis exterminãdos. Polyd. Virgil. lib. 16. Hiſtor. Angliæ.* | | | |

perunt ſuis in baptiſmo, cùm antea Peregrinis Scytharum appellationibus vterentur. Curio lib. 2. Chronolog.

Alphonſus 10. Rex Caſtellæ, inſignis philoſophus & Mathematicus recuſauit Imperium. Trith. in Chron. Monaſt. Hirſaug.

Groſſioni gens Arabica inſtigante Soltano Babylonico Chriſtianos miſeris modis perſequũtur in Aſia, & expugnata Hieroſolyma templum Sepulchri Domini deſtruxerunt. Blond. lib. 7. dec. 2. AEmyl. lib. 7. Guilel. de Nangia.

Iacobus Rex Arragonum duos ordines militum inſtituiſſe fertur, quorum alterũ amictu albo & nigra cruce inſignitũ vocauit ordinem D. Mariæ de redẽptione captiuorũ ſiue de mercede, quibus ſcilicet cura eſſet de redimẽdis captiuis; alterũ apellauit ordinẽ militum Mõteſię rubenti cruce inſignẽ. Alii hãc inſtitutionẽ antiquiorem faciunt, & incidiſſe in an. poſt Chriſtũ 1212 & vtrãq; militiã aiũt fuiſſe à Gregorio 9. approbatã.

Ioannes de Sacro Boſco Anglus tunc inſignis Mathematicarum profeſſor Pariſiis, vt licet ex eius Computi Eccleſiaſtici fine colligere.

Friderico 2. excommunicato & decreto Concilii expoliato Imperio, vacauit Imperium per 28. annos vſque ad Rudolphum. Palmer. interea multæ ſunt ortæ diſſentiones inter Principes ob electionem Imperatorum, & tres ordine electi ſunt non quidem Imperatores ſed Reges Romanorum. Nam primò iuſſu Põtificis electus eſt à quibuſdam Principibus, cõtra Fridericum, Hẽricus Lãdgrauius ſeu Comes Haſſię & Thuringiæ, qui non conſecutus Imperii coronã obiit an. 5. Regni, viuo adhuc Friderico, qui ob omnes Pontificis execrationes noluit cedere Imperio. Mortuo Henrico ann. 1259. ſtatim ab Electoribus Imperii procurante PP. per Legatum Petrum Caputium, cõtra Fridericum & Conradum fil. deſignatus eſt Rex Romanorũ & coronatus Vuilhelmus Comes Hollandiæ. Quo mortuo 7. anno Regni, electus eſt à duobus Electoribus & quibuſdam Principibus Richardus Cornubię Comes, ſed anni Regni ipſi⁹ ſunt incerti. Trithe. in Chron. Monaſterii Hirſaugienſis. Hiſtorici mirè variant hoc loco: alii numerant Conradum filium Friderici, & Vuilhelmum, ac conſtituunt Interregnũ annorum tantùm 17. alii 22. alii negant ſedẽ Imperii vacaſſe. Sed omniũ optimè Trithe.

Robertus Sorbona Theologus, primus inſtituit & ditauit Collegium Sorbonæ, pro ſcholaſticis qui vacarent Theologiæ. Guilel. de Nangia. Chron. Franco. Valde ſunt inepti Hiſtorici recentes qui putant Robertum hunc fuiſſe Fratrẽ D. Ludouici.

I Ludouicus multa in Regni vtilitatẽ inſtituit: Dignitates & officia noluit eſſe venalia: Blaſphemis, & in vanum iurantibus per nomẽ Dei, cauterium in fronte inuſſit: Lupanaria prohibuit: vetuit Magiſtratibus in toto ſuæ iuriſdictionis tractu aut fundos emere, aut liberis ſacerdotia procurare, aut eos collocare nuptui: hiſtriones aula exegit:

multa

multa cœnobia & Valetudinaria partim condidit, partim inſtaurauit & ditauit: beneficia Eccleſiaſtica noluit conferre, ſed ius illud reſtituit collatoribus ordinariis iuxta antiquos Eccleſiæ canones. Gagui. lib. 7. AEmyl. lib. 7. Chronica Francor.

Cùm Edouardus filius Henrici 3. Anglorum Regis duxiſſet in vxorem Aleonoram Alphonſi Caſtellæ Regis, ſororem, pater eum donauit Principatu Vualliæ. Hinc fit vt filius Regis Angliæ natu maior vocetur Princeps Vualliæ. Polyd. lib. 16. Angl. Antea cùm Ducatus Normanniæ eſſet ſub ditione Anglorum Regis dicebatur Princeps Normanniæ à tempore Henrici 1. qui Guilelmũ filium ſuum Ducẽ fecerat eius regionis circa an. 1120. Polyd. lib. 11. Angli. hiſtor.

S. Thomas Aquinas Dominicanus diſcipulus Alberti Magni ſcholaſticæ doctrinæ princeps.

Henricus de Seguſia dictus Cardinalis Hoſtienſis, tunc Summam ſuam edidit: habuit auditorem Guilelmum Durandum qui dictus eſt Speculator. Floruit Guilelmus de S. Amore doctor Sorbonicus, qui ſcripſit contra ordines Mendicantium.

Iacobus de Bellouiſo Iuriſconſultus, ſcripſit in libros feudorum quos ſepties publicè interpretatus fuerat.

Memorabile fœdus an. 1259. (alii 1269.) inter Anglos & Francos, Lutetiæ in magno Principum conuẽtu, pręſentibus Ludouico Francorum & Henrico Anglorum Regibus, percuſſum eſt: vt Ducatus Normanniæ, Comitatus Andegauenſis, Cenomanẽſis (quorum cauſa tot olim bella inter Anglos & Francos, & quos à Philippo Auguſto receptos Frãci ad eam ętatem poſſidebant) item etiam Turonenſis & Pictauenſis cederent in perpetuum Frãco: acciperet verò Anglus pro impenſis bellicis 150. millia aureorum & in ſingulos annos vectigalis nomine dena millia, contentuſque eſſet vlteriori Aquitania, & citerioris parte vſque ad Carãtum fluuium, cum finibus Agenenſium, Lemouicum, Cadurcorum, de quibus tamen ius clientelare deberet Franco, renunciãs iuri quod ſibi in Gallię Regno vẽdicare poſſet, ſicque adſcriberentur inter Barones Franciæ, ac par Duxque Aquitaniæ vocaretur. Polyd. lib. 16. Angli. hiſtor. Gagui. lib. 7. AEmyl. lib. 7. Guilel. de. Nangiaco.

m Feſtum Sacramenti Corporis Chriſti inſtituit. Trith. in Chron. Monaſt. Polyd. de inuentio. rer. lib. 6. cap. 8. Thomas Aquinas compoſuit officium illius feſti cũ hymno & proſa, quæ miſit ad Vrbanum PP. à quo in præmium retulit columnã argẽteam. Naucler. Extant inter eius opera.

Fuit humili loco ortus, fertur enim habuiſſe patrem ſutorem veteramentarium; cùm Cardinales non poſſent conuenire ad vnum eligendum ex ſuo collegio, ex Patriarcha Hieroſolymitano creatus eſt Roman. Pontifex. Plati.

Miſit in Angliam Othobonum legatum ad componendum inteſtinum bellum, inter Henricum Regem & eius optimates. Polyd.

| An. ab orb. cõ dito. | An. à Xp̄o. nato. | Num. Ponti ficũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5349 | 1261 | 188 | m VRBANVS 4. Trecenſis Michaele 7. Comneno Paleologo, cognom. Magno, Orient. Impera. exiſtente Interregno Imperii Occident. S. Ludouico Francorum Reg. | 3 | 1 | 4 |
| | | | *Vacat* | | 5 | |

lib.

| An. ab orb. cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5353 | 1265 | 189 | n CLEMENS 4. Narbonenſis, eiſdem Impp. & durante Interregno Imperii | 3 | | 21 |
| | | | *Vacat* | 2 | 9 | |
| 5354 | 1266 | | DVO *Concilia plurimorum ſacerdotum celebrantur in Anglia per Othobonum Apoſtolicum Legatum, de rebus ad religionem pertinentibus, quibus etiã nunc in Anglia vtuntur. Polyd. Vergil. lib. 16. Angli. hiſtor.* | | | |
| | | | *alterum fuit* { *Northantoni, Londini.* | | | |
| 5359 | 1271 | 190 | o GREGORIVS 10. Placentinus, Michaele 7. Comneno Paleologo Oriẽt. Imp. & poſt finitum Interregnum Imperii, Rodulpho Occidẽt. Imp. S. Ludouico Francor. Reg. & poſt eum eius filio Philippo 3. Cognom. Audace, Fran. Reg. | 4 | 2 | 10 |
| | | | *Vacat* | | | 9 |
| 5361 | 1273 alii 1272 | | DECIMVM *quartum generale Conciliũ Lugdunenſe ſecundum, præſide Rom. Pontifice, Epiſc. 500. Abbatum 60. & aliorũ minorum prælatorum & ſacerdotum ferè 100. Pro terra Sancta recuperanda (hac de re nihil fuiſſe definitum ait Ioan. le Maire) & contra Græcos de Proceſsione S. Spiritus à* | | | |

lib. 16. Angli.

Ioannes Semeca cognomen. Theutonicus primus gloſſator, vt vocant, Decreti, Humbertus, Alexander de Villa Dei minorita, Albinus Abbas Ferrarienſis, Adamus de Mariſco Anglus, Ioannes Epiſcopus Boſſinenſis, Dauid Germanus, Vdalricus Argentinenſis Alberti diſcipulus, Theodoricus Thuringus, Ioannes Biſuntinus Epiſcopus, Adœdinus Sagiẽſis Epiſcopus, Theologiæ ſcriptores, vt ferebant illa tempora, doctiſſimi.

Alexius Cæſar Strategopulus iuſſus à Michaele Paleologo obiter tentare Conſtantinopolim, eam cepit cum 800. tantùm militibus. Nicephor. Gregoras lib. 4. Ita deſiit Imperium eſſe penes Gallos. Illud deinceps mãſit apud familiam iſtius Paleologi 200. ferè annis, donec Mahometes Turca Byzantium occupauit an. 1453.

Libera Chriſti prædicatio per Aphricam à Sarracenis conceſſa. Blond. lib. 8. dec. 2.

n Carolum D. Ludouici Fratrem inunxit Romæ, Siciliæ & Hieroſolymorum Regem, ea lege vt in ſingulos annos 48. millia aureorum (Naucler. 40. mil.) nomine tributi penderet. Plati. Blond. lib. 8. dec. 2 AEmyl.

D. Ludouicus Franco. Rex, ſignatus cruce relicta Regni adminiſtratione, Simoni Neelæ & Mathæo Vindocinenſi Abbati D. Dionyſii, cum tribus filiis, Ioanne, Philippo & Petro, magna claſſe cõparata traiecit in Africam ſecundo dimicaturus cõtra Sarracenos; ſed anno proximo Carthagine expugnata, Thuneto obſeſſa, & Ioanne Triſtanne priore filio defuncto, ipſe ex alui pro fluuio (alii peſte) obiit ad 8. Cal. Septemb. an. 1270. Gaguin. lib. 7. & AEmyl. Blond. lib. 8. dec. 2. Palmer. in Chron. Bonifacius eum inter Sanctos retulit. Gaguin. lib. 7.

Deſyderius Longobardus multis ſcriptis impugnauit ordines mendicantium: contra quem D. Thomas lib. contra impugnantes religionem cap. 6.

o Audiens ciuilia bella & frequentes ſeditiones, ac infinita mala quæ quotidie fiebãt in Germania, quòd nullus eſſet Imperator, monuit electores vt ad certũ tempus Imperatorem aliquem deſignarẽt; qui elegerunt Rodulphum Hapſpurgenſem Comitem. Trithem. in Chron. Monaſter.

Magna pars hiſtoricorũ Philippum Francorum Regem cognominant Audacem, ſed tanta fuit morum & animi lenitate, vt meritò potuerit appellari Lenis. At fortaſſe quod dicebatur de Philippo Duce Burgundię, qui fuit vir ſtrenuus & forti animo, ipſi imprudenter traxerunt ad Philippum Regem Francorum.

In Concilio Lugdunenſi Rudolphus confirmatus eſt Imperator: Minores 25. annis excluſi ſunt à cura Parochialis Eccleſiæ. ca. Licet canon de electio. lib. 6.

D. Thomas Aquinas obiit an. 50. ætatis dum Lugdunum ad Concilium euocatus proficiſceretur. Mat. hiſtor.

Michael Paleologus Imperat. Græcos nolentes

nolentes Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ fidē ac ritus recipere, variis modis mulctauit, bonorum publicationibus, relegationibus, carceribus, excęcationibus, flagris, mutilationibus, & aliis ſimilibus pœnis. Becum Conſtantinopolitanum Patriarcham, virū excellentis ingenii & doctrinæ, ſuo edicto aduerſantem cum omnibus ferè ipſius conſanguineis coniecit in teterrimos carceres. Niceph. Gregoras lib. 5.

Paulò poſt ipſe Becus, poſtquam librum ſibi ab Imperatore miſſum (quem ante 25. annos, cùm ea quæſtio agitata eſſet, ex multis ſacræ Scripturæ & Sanctorum Patrū libris pro Latinis collegerat Nicephorus Blemmydes) diligenter expendiſſet, & cum Sanctorum libris, ex quibus Blemmydes ea excerpſerat, ad verbū cōtuliſſet, mutata ſententia reſtituitur ſuæ dignitati, & deinceps fit ab intimis conſiliis Imperatoris, adeò vt ſine eo nihil prorſum gereretur. Niceph. Gregor. lib. 5.

Emerſerunt ex Italia Flagellantes hæretici incerto auctore, qui vagantes per Germaniam & Gallias, ſemetipſos flagellabāt & prædicabant multos errores: vt Aquam benedictam nihil plus habere efficaciæ, quā non benedictam: Euangelium finem accepiſſe poſt aduentum ſuæ ſectæ: præferebant ſuam flagellationem Martyrio, & cæt. Bern. Lutzemburg. & Alphonſ. lib. 3. contra hær.

p Abſens eligitur & prim⁹ ex ordine Prædicatorum fit Romanus Pōtifex. Antea vocabatur Petrus de Tarantaſia, & erat doctor Theologus, qui ſuper libros 4. Sententiarum, & epiſtolas Pauli ſcripſit. Trithem. in Chron. Monaſter. Volater. lib. 2'. Plati. Alii volunt eum fuiſſe Longobardum. Faſcicul. temp.

Philippus Cancellarius Pariſienſis, Thomas à Cantiprato, Richardus Mediauillanus minorita Anglus, Albinus Bolonienſis, Ioannes Valēſis, Guilelmus Arionius, Godofridus ſeu Cuiardus Epiſcopus Cameracenſis, ſcriptores Theologici.

Philippus Tudertus ciuis Florentinus ordinem Seruorum Beatæ Mariæ redegit ad formam. Polyd. lib. 7. de inuentio. cap. 4. Sabel. AEnead. 9. lib. 7. Honorius 4. eum confirmauit.

q Mortuo Duce Auſtriæ ſine liberis Rodulphus Imperator ex Concilio Principū dedit eum Ducatum filio ſuo Alberto, quem eius ſucceſſores etiam hodie poſſidēt. Trith. in Chron. Monaſt. Hirſ. & Vuolfang. Lazius.

Pontifices qui idem nomen habent variè apud hiſtoricos numerantur: ſed in his qui nomen Ioannis obtinuerunt tanta eſt in numerandi ratione confuſio, vt vix quicquam certi liqueat, adeò vt quod de vno dicendū erat, ſæpe imprudenter à multis alteri tribuatur. Qui faciunt Ioannem 17. ſchiſmaticum, hunc nominant Ioannem 20. qui verò illum inter Pontifices adſcribunt, & ſimul numerant Ioannem illum 8. ſi diis placet fœminam, vocāt ipſum Ioannem 22.

r Curiæ Romanæ Notarios ſuſtulit.

Iacobus Meyerius ad ann. 1278. ſuum

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *ſilio. Interfuerunt Græcorum & Tartarorum legati (Guilel. de Nang. & Gregoras) & ſi nnnullis credimus, Michael Paleologus Imper. Græcorū, cuius auctoritate, etſi repugnātibus pluribus Græcis (Nicephor. Gregoras lib. 5. Pachymeres lib. 5.) conciliata eſt quidem (ſiue per eū, ſiue per legatos) decima tertia. (Trith. in Chron. Monaſt. Hirſ.) vnio ſiue cōcordia vtriuſque Eccleſiæ, ſed ea non diu durauit, ſicut nec præcedētes. Gagui. lib. 7. A Emil. lib. 7. Tom. 3. Concil. Blond. dec. 2. lib. 8. Plat. Palmer.* | | | |
| 5364 | 1276 | 191 | p INNOCENTIUS 5. Burgundus, Tarentaſienſis, eiſdē Imperantibus | | 6 | 2 |
| | | | *Vacat ſedes* | | | 9 |
| 5364 | 1276 | 192 | ADRIANVS 5. Genuenſis, eiſdem Imperantibus | | 1 | 9 |
| | | | *Vacat* | | | 28 |
| 5364 | 1276 | 193 | q IOANNES 21. (aliis 20. aliis 22.) Luſitanus Vlixibonēſis, eiſdem Impp. | | 8 | |
| | | | *Vacat* | | 6 | 7 |
| 5365 | 1277 | 194 | r NICOLAVS 3. Romanus, *ob vitæ integritatē vulgo dictus Compoſitus,* eiſdē Imperantibus | 3 | 8 | 15 |
| | | | *Vacat* | | 5 | 20 |

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xp̄o. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | CONCIL. *Cantuarienſe, præſide Archiepiſcopo, ad confirmandum ſtatum religionis. Polyd. lib. 17. Anglic. hiſtor.* | | | |
| 5369 | 1281 | 195 | s MARTINVS 4. Turonēſis, Michaele Paleologo Orientis Imperat. Rodulpho Occident. Imperat. & Philippo 3. Fra. Rege | 4 | 1 | |
| | | | *Vacat* | | | 3 |
| 5371 | 1283 | | CONCIL. *Herbipolenſe, præſide Legato Apoſtolico à latere, multorum Epiſcoporū, Abbatum, præſentibus Rodulpho Imperatore, Principum, Ducum, & Comitum: vbi inter alia Legatus nomine Papæ contributionem decimi denarii à clero, & Rex ab vniuerſo populo exigere cœperunt.* Trithem. *in Chro. monaſterii Hirſaugien. At Monſterus in Coſmogra. refert ad annum* 1287. | | | |
| 5373 | 1285 | 196 | t HONORIVS 4. Romanus, Michaele Paleologo Orientis Imper. Rodulpho Occident. Imperat. Philippo 4. Pulchro Francor. Reg. | 2 | | 1 |
| | | | *Vacat* | | 10 | |

Chronicon Flandriæ deduxit.

Siculi impatientes libidinis & inſolētiæ militaris Gallorum, coniuratione facta an. 1281. die Paſchæ ad pulſum campanarum quæ conuocabāt ad veſperas, omnes Gallos ad vnum cum vxoribus etiam grauidis contrucidarunt. Vnde prouerbiū, VESPERAE SICILIANAE, ſeu Veſper Siculus, cùm ſignificatur ſubita cædes. AEmil. lib. 7.

Deficiunt Siculi ad Petrū Tarraconēſem, (cui Regnum Siciliæ debebatur iure dotis Conſtātiæ vxoris, filiæ Maufredi, quem Carolus vita & Regno ſpoliauerat) Regem Aragonum in Hiſpania, qui propterea à Nicolao 3. Rom. Pontifice ſacris proſcribitur, & hoſtis Eccleſiæ iudicatur. AEmyl. lib. 7. Plati. Blond. lib. 8. deca. 2.

s Fuit vir ſanctiſſimus, adeò vt cæci, muti & claudi, ad eius ſepulchrum ſanitatem recuperarint. Trit. in Chrō. mona. Hirſaug.

Eldad Danius Hebræus hiſtoricus ſcripſit ſuā hiſtoriā, de Iudæis Clauſis in AEthyopia, circa annum Domini 1283. qui iuxta rationem numerandi Hebræorum, eſt an. ab orbe cōdito 5043. Ipſe ad finem ſui libel.

t Ordinem Carmelitarum (qui ſic dicti ſunt à Carmelo mōte Syriæ) mutatis chlamydib⁹ virgulatis ſeu verſicolorib⁹ in albas, cōfirmauit & reformauit. Pla. Trit. in Chr.

Ordinem Eremitarum Sancti Auguſtini Lutetiæ Pariſiorum nondum receptum cōfirmauit. Trithem. in Chron. Sunt autem, vt id obiter dicam, præcipui quatuor Ordines probatiſſimi, quorum cæteri omnes ſunt veluti appendices, Baſilii, Auguſtini, Benedicti & Franciſci, Sanctorum patrum. Volater. lib. 21. Geograph. Polydor. lib. 7. de inuent. cap. 4.

S. Rochus Narbonenſis, Guilelmus Durandus Miniacēſis Epiſcopus auctor Rationalis, Gilbertus Magnus Anglus, AEgidius Biturigenſis Archiepiſcopus, Guilelmus Lugdunenſis Archiepiſcopus, Ioannes Gēnenſis, Ephrem (alius ab Eremita) Græcorū hiſtoricus, Arlothus generalis Minoritarū, Guido Bononienſis Archidiaconus, Nicolaus Cabaſilas Dyrachii Epiſcopus, Eccleſiaſtici viri & Scriptores.

Raymundus Lulius Catalanus, multa ſcripſit de rebus nimium curioſis: in eius libris adnotati fuere pluſquam quingenti errores à Petro Terracenſi Archiepiſcopo: vt Deum plures habere eſſētias, (tale quidpiam hodiè aſſerunt noui Trinitarii in Polonia) Patrē priorem filio: Spiritum ſanctū conceptum ex patre & filio, & cæ. quæ tamen omnia, hæretica & pluſquā diabolica audacia, aſſerebat ſe à Chriſto ſibi apparēte in forma crucifixi in quodam monte accepiſſe, vt totum orbem à tenebris quibus detinebatur liberaret. Bernard. Lutzemburg. in catalog. hæretic.

Palatium Pariſienſe (vbi nunc edicto Vtini Regis ſedes eſt Parlamenti) extructū eſt à Philippo Rege, Eugerrano Marinio fiſci præfecto illud opus vrgēte. AEmyl. lib. 8.

Collegiū Scholaſticorū Choleticū Lutetiæ inſtituitur à Ioan. Cholleto Cardinali.

Mater hiſtoriarum.

Rodulpus Imper. Heluetios, qui Comiti Sabaudiæ erant ſubditi, ſibi ſubegit. Blond. lib. 8. dec. 2.

v Mulech Sapherapes Sarracenorum Soltanus (hoc eſt, Imperator) non quidē AEgyptius, vt quidam putant, ſed Babylonius, Tripolim, Tyrum, Berithum, Sidonem & Ptolemaida, nobiliſſima emporia, quæ ſola tunc à Chriſtianis tenebantur, ferro & igne vaſtauit, altercantibus inter ſe de finibus, iamdudum per 30. annos Venetis, Gēnuenſibus, & Piſanis. AEmyl. lib. 8. Platin. Blond. lib 8. dec. 2. Faſcicul. tempo. Ita diſſidentibus inter ſe Chriſtianis amittuntur omnes portus Aſiatici. Tuncque finitum eſt bellum Sacrum in Oriente.

Inter Philippū Regem Francię & Edouardum Angliæ erat capitale odium, quod fuit cauſa ſecundi belli Anglici ſeu Francici & multorum malorum. Polyd. lib. 17. Angli.

x Inſtituit ante Pontificatum ordinem S. Benedicti in Montibus, ſiue Celeſtinorum monachorū, ſub regula D. Benedicti. Guil. de Nangia. Polyd. lib. 7. de inuento. cap. 2. Eum confirmauit Bonifacius 8.

Fertur edixiſſe, Ne deinceps Romani Pontifices & Cardinales veherentur equis & mulis, ſed tantùm aſinis, Chriſti, cuius haberi vellent vicarii, exemplo. Mater hiſtor. O legem nunc prope euerſam.

Cùm rebus agendis parum idoneus haberetur, perſuaſus eſt vt Pontificatum reſignaret, itaque coram omnibus in Conſiſtorio, mitram, anulum & Sandalia deponens, Pontificatu ſe liberè abdicauit. Platin. Relatus eſt inter Diuos à Clemente 5. Blond. 9. dec. 2. & Mater hiſtori. vel à Ioanne 22. Palmer. vel à Vienenſi Concilio. Ioannes le Maire.

S. Nicolaus Tolentinus tunc obiit: Catalogo Sanctorū adſcriptus eſt ab Eugen. 4.

Michael 7. Comnenus Paleologus cognomento Magnus, obiit anno ſui Imperii 35. ſed quòd ad Eccleſiam Romanam deſciuiſſet, priuatus eſt, etiā à proprio filio Andronico, ſacra ſepultura. Nicephor. Grego. lib. 5. AEmyl. lib. 8.

Angli Normanniam & Aquitaniam inuadunt, capto caſtro Bauiæ, & duobus aliis oppidis circa Burdegalam, à cuius acceſſu propulſātur per Radulphū Neela Magiſtrū Equitum, proditione ciuium in deditionem accipiunt Baionam vrbem. Guilel. de Nāgi.

y Inſtituit duplex maius (vt vocant) in Feſtis 12. Apoſtolorum, 4. Euangeliſtarum, & 4. Doctorum Eccleſiæ. Plati.

Fertur fuiſſe auctor illius orationis Eccleſiaſticæ, Aue virgo glorioſa & cæ.

Aliquas epiſtolas Romanorum Pontificum, quas vocant Decretales, in quinque Libros per tres doctiſſimos viros, Guilelmum Ebrudunenſem Archiepiſcopum, Berengarium Epiſcopum Biterenenſem, & Richardum de Senis, iuris vtriuſque doctorem, digeri curauit, eaſq; ſub nomine Sexti libri Decretalium in Concilio Lugdunenſi confirmauit, & legi in Scholis ac in iudi-

| An. ab orb. cō dito. | Anni à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5376 | 1288 | 197 | v NICOLAVS 4. Aſculanus, *primus PP. ex ordine Franciſcanorum monachorum: Nā errant qui ſcribunt Honoriū 4. fuiſſe Minoritā.* eiſdem Impp. & poſt Rodulphum, Aſtaulpho ſeu Adulpho Imperantibus | 4 | 1 | 8 |
| | | | *Vacat* | 2 | 3 | 2 |
| 5379 | 1291 | | CONCIL. *Londinenſe ad Vueſtmonaſteriū iuſſu* Edouardi Regis. *Eo in Concilio publico edicto iuſſi ſunt Iudæi de Anglia in perpetuum exire: cautum eſt etiam, vt nemini liceret dare prædia collegiis monachorū ſine Regis permiſſu: neue monachis aut aliis ſacerdotib⁹ emere poſſeſſiones, idq; ne eiuſmodi poſſeſſiones cœnobiorū aliorūue ſacerdotiorū dotes fierent.* Eam Legem ad *Manumortuā vocarūt, quòd res ſemel datæ collegiis ſacerdotum non rurſus vendernetur magis, quàm res mortuæ.* Durat *in hodiernum diem.* Polyd. Virgil. *lib.* 17. *Anglic. hiſtor.* | | | |
| 5380 | 1292 | | ASCHAFFENBVRGENſe *prouinciale, præſide* Gerardo *Archiepiſcopo Moguntino cum* 7. *ſuis ſuffraganeis,* Abbatibus *&* presbyteris. *vbi multa vtilia de negotiis* Eccleſiaſticis *ſtatuūtur.* Trithem. *in Chron. monaſt.* | | | |
| 5382 | 1294 | 198 | x S. CELESTInus 5. Eſernienſis, Michaele 7. Paleologo Orientis Imperat. Adulpho Occidentis Imper. & Philippo 4. Pulchro Franc. Reg. | | 5 | 7 |
| | | | *Vacat* | | | 10 |
| 5382 | 1294 | 199 | y BONIFAcius 8. Anagninus, ex | | | |

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | nobili familia Caietana, Andronico ſeniore ſiue maiore filio Michaelis Oriēt. Imp. Adulpho, & poſt eum Alberto 1. Occident. Imperato. & Philippo 4. Pulchro Francorū Rege | 8 | 9 | 17 |
| | | | *Vacat* | | | 10 |
| 5385 | 1297 | | CONCIL. *Lugdunenſe, præſide Bonifacio Pontifice, qui animaduertens quotidie Principes noua vectigalia ſacerdotibus imponere interdum ſine iuſta cauſa, interdixit in eo Cōcilio, ne poſthac id facerēt, neue ſacerdotes iniuſſu* Rom. *Pontificis illa impoſita conferrent. cap.*3. *de immunita.* Eccleſi. *lib.* 6. *Fuit cauſa magnæ diſcordiæ apud Anglos. Polydor. lib.* 17. *Anglic. hiſtor.* | | | |
| 5385 | 1297 | | *Londinenſe, cùm Epiſcoporum tum virorum omnium ordinum, præſide Roberto Cantuarienſi præſule, præſente Edouardo* 2. *in quo ſtatuitur, ne in perpetuum Regi liceret tributum vllum Anglis imponere niſi ex Concilii decreto. Id etiam hodie manet inuiolatum. Poly. lib.* 17. *Angli. hiſtor.* | | | |
| 5390 | 1302 | | *Pariſienſe, præſide Iohanne Cardinale Legato ſedis Apoſtolicæ, qui eò miſſus fuerat à PP. quòd Epiſcopi Franciæ vocati in ius, Romæ à Bonifacio, non ſtitiſſent. Guilel. de Nangiaco.* | | | |
| 5391 | 1303 | 200 | BENEDIctus 10. dict. 11. (Palmerio 12) Taruiſinus, eiſdem Impp. | | 8 | 17 |
| | | | *Vacat* | 1 | 1 | |

ciis obſeruari mandauit. Præfatio lib. ſex. Decretal.

Luſtralem annum ſiue IVBILEVM cēteſimo quolibet anno celebrandum primus inſtituit an. 1300. Platin.

Henricus de Gandauo Tornacenſis Archidiaconus, Iacobus Genuenſis Archiepiſcopus, Alexander de Villa, Conradus Halsbertadenſis Dominicanus, Ioannes Scotus Franciſcanus doctor ſubtilis, (qui obiit an. 1308.) Ioannes Sanctogeminianus, Petrus de Palude, Renerus Piſanus, Theologiæ Scholaſticæ, vt vocant, acutiſſimi ſcriptores. Trithem.

Circa hæc tempora Nicephorus Calixtus Xanthopulus hiſtoriam ſuam Eccleſiaſticam à Chriſti natiuitate ad annum 625. decurrentem, Andronico maiori Conſtantinopolitano Imperatori dedicauit. Ipſe in dedicatione operis. & lib. vlti. cap. vltimo.

Guilelmus de Nangiaco monachus, monaſterii D. Dionyſii, prope Lutetiam, Chronographiam vniuerſalem ab origine mundi ad annum Chriſti 1302. digeſſit, quam duo eiuſdem cœnobii monachi vſque ad annum 1368. continuarunt. Extat codex hac in Pariſiorum vrbe apud cœnobitas S. Germani.

Quidam qui volebant haberi tertii Ordinis D. Franciſci, quique vulgo Fraterculi ſiue Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, vel Biſochi ſiue Beguini, & aliis nominibus vocabantur, in partibus Italiæ, Siciliæ & Narbonenſis prouinciæ, damnati ſunt hæreſeos à Bonifacio 8. (alii volūt id à Ioanne 22. primò factum fuiſſe.) Ipſi Eccleſiaſtica ſacramenta contemnebant: dicebant Sanctas animas non frui viſione diuina ante diem extremum: in ſuis nocturnis conuentibus poſt inuocationem Sancti Spiritus, & luminibus extinctis promiſcuè coibāt cum mulieribus quæ aderant: Eccleſiæ poteſtatem iam diu ob corruptos mores Eccleſiaſticorum extinctā fuiſſe: ſe ſolos eſſe Eccleſiā Dei, ſeque imitari Apoſtolos, at Eccleſiā Romanam eſſe meretricem, ac Pontifices omnes poſt Syluestrū 1. fuiſſe impios, quòd in paupertate non degiſſent, ideò ipſis denegandas eſſe decimas: Margaritam concubinam Dulcini grauidam ab eo factam, tam erant impudentes, vt affirmarent concepiſſe de Spiritu ſancto. Mater Hiſtoriarū. Suplement. Chronic. Extrauag. Sancta Romana de religioſ. domib. Plati. Bernardus Lutzemburg. Dulcinus erat eorum hæreſiarcha. Plati. Manſerunt in Marchia vſque ad Eugenium 4. & Nicolaum 5. qui eos comburi iuſſerunt, ſed multi in Græciam fugerunt. Antonin. tit. 24. cap. 9. Paragrap. 15.

Apamienſis Epiſcopatus inſtituitur à Bonifacio PP. cùm antea ea regio ſubiaceret Tholoſano Epiſcopatui. Guilel. de Nangiaco.

Vectigal quod Malam-toltam vocabāt, centeſimæ, & pòſt quinquageſimæ omnium bonorum, primò ſolis mercatoribus, deinde tam clericis quàm laicis impoſitum eſt an. 1296. cuius cauſa magnæ ſeditiones ortæ

 ſunt

ſunt poſtea in Flandria. Guilel. de Nangia.

Tota Lutetia Sequanæ illuuione inundatur, vt per octo ferè dies nauigiis annonæ conſulendum fuerit, nec liceret per vllum ferè vicum incedere abſque nauiculis & ſcaphis. Guilel. de Nangiac.

Burdegalenſes timẽtes ne iterum agitata pace cum Anglo ei ſubderentur, nec mitius cũ eis ageretur quàm paulò antea cũ Londinẽſibus, pulſis vrbe omnibus Frãcis, ſui iuris fiunt. Guilel. de Nangiaco. Gaguin. lib. 7.

Fœdus percuſſum eſt inter Philippum Reg. Franc. & Eduardum Reg. Angliæ, cui Philippus quadriennio poſtquam locaſſet Margaritam ſororem, vniuerſam Aquitaniã reddidit. Guilel. de Nangiaco. & Polydor. Virgil. lib. 17. Angli hiſtor. Philippus vniuerſam Flandriam ſubegit. Gaguin. lib. 7. AEmyl. lib. 8.

Rex Tartarorum Caſſaham, qui & Magnus Can, miraculosè ad Chriſti fidem cõuerſus dicitur per vxorem filiam Regis Armeniæ, bellum gerens contra Sarracenos, pulſis Sarracenis potit⁹ eſt Regno Syriæ & Hieruſalem, circiter an. 1290. Guil. de Nang. At triennio poſt Soltanus Babyloniæ illud recepit. Continuatio Nangiaci. Sabel. AEnead. 9. lib. 7.

Tunc primùm an. 1300. tyrannicum Imperiũ Turcorum nullius antea ferè nominis per Otthomannum Turcam (qui regnauit an. 28.) originem habuit, mille annis poſtquam Eccleſia à Conſtantini tempore floruerat. Volater. Paul. Iouius. Illud autem intelligi per Beſtiam Antichriſti Apocalyp. cap. 20. nemo ſanæ mentis ibit inficias, cùm multorum veterũ & recentiorum iudicio nomine Gog & Magog intelligantur Sarraceni & Turci, vt etiam cogitur fateri Funccius lib. 1. commenta. in Cronolog.

Nouæ factiones Alborum & Nigrorum in Italia. Blond. lib. 9. deca. 2.

z Fuit filius Bertrandi equitis ex oppido Mihandran Burdegalenſis dioceſis in Vaſconia: antequam electus eſſet Pontifex dicebatur Bertrãdus, Burdegalẽſis Archiep.

Tranſtulit ſedem Pontificiam ab vrbe Roma Auinium Galliæ vrbem, vbi conſtitit annos plus minus 70. Plati. Congeſſit conſtitutiones quæ ab eo dictæ ſunt Clementinæ.

Philippus pulcher Iudæos è Francia exegit & bonis ſpoliauit. Sed 7. annis poſt Ludouicus Vtinus pecunia, vt ferunt, corruptus eos recepit. AEmyl. lib. 8. Gagui. lib. 7.

Equus pictus Conſtãtinopoli, quo ante ſacellum Deiparæ virginis ſuſtinebatur D. Greorgius, media nocte bis hinniuit, magno omnium terroe; vt prius fecerat ante annos plus minus 50. Niceph. Gregoras lib. 8.

Ioannes Rex Armeniæ dimiſſo regno Leoni ſuo nepoti fit monachus ordinis Minoritarum. Antonin. tit. 24. cap. 9. para. 13.

Philippus Aurelianenſem Academiã auctoritate Clementis confirmatam inſtituit. Chron. Franc.

Guido Ferrarienſis auctor Margaritæ Bibliorum, Alanus Inſulenſis, Gerardus

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5393 | 1305 | 201 | z CLEMENS 5. Burdegalenſis, Andronico maiore cum filio Michaele iuniore Orient. Imperat. Alberto, Henrico 7. ex ordine Occidẽtis Imperatoribus, Philippo Pulchro Francorum Rege, ſedit | 8 | 10 | 15 |
| | | | *Vacat* | 2 | 3 | 17 |
| 5399 | 1311 | | DECIMVM *quintum generale Concilium Vienenſe, præſide Clemente 5. præſente Philippo Francor. Rege, duorum Patriarcharum Alexandriæ, & Antiochiæ, Epiſcoporum 114. (alii volunt 300.) & aliorum multorum Patrum, contra Sarracenos pro recuperatione terræ ſanctæ, contra hæreſes, Templarios, & mores corruptos clericorum, biennio celebratur. Plati. Palm. Tom. 3. Concil.* | | | |
| | | | *Eo in Concilio ordo & nomen Templariorum, qui annis 203. (Trith. 184.) ſteterat, condemnatur: eorum redditus D. Ioannis Hoſpitariis, qui tunc vocabantur equites Rhodii, conceduntur. Gagui. lib. 7. apud quem vide errores Templariorum.* | | | |
| | | | *Approbantur Clementinæ conſtitutiones: Feſtum Corporis Chriſti cõfirmatur.* | | | |

Leodienſis

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

*In eo etiam decretū eſt, vt in principalibus Academiis profeſſores honeſtis ſtipendiis donarentur, qui Hebraicam, Chaldaicam, Græcam (nam autographum Concilii hanc vocem habuiſſe teſtatur Ioan. Andreas iuris Canonici interpres) & Arabicam linguam publicè doceret, vt eſſent qui apud infideles, qui has linguas potiſsimùm callent, fidem poſſent propagare. cap. 1. de Magiſtris in Clementinis lib. 5.*

Leodienſis, Petrus de Verberia, Hubertinus Caſalanus, Gerurdus Bononiēſis, Malachias Dominicanus, Albertus Patauinus, Guilelmus Haffliginienſis, Ioan. Vitalis Cardinalis, Raymundus Eremita, Richardus Pampolitanus, Bernoldus Ciſterciēſis, Porchetus Saluaticenſis, Guido ſeu Gilo Cameracenſis Epiſcopus, Iacobus Vetulolonius Eremita, Marſilius Paduanus, Galterius Burgēſis Epiſcopus Pictauēſis, Ioan. Glodeſton, Petrus Aruernus, omnes Theologiæ peritiſſimi.

Florebant quoque nominatiſſimi iuriſcōſulti, Dynus Mugellanus, Petrus de bella Pertica Burgundus, Iacobus de Arena Parmenſis, qui ſæpe laudatur à Bartholo, Richardus de Malumbris Cremonenſis, Iacobus de Butrigariis Bartholi præceptor, Oldradus de Ponte Laudenſis, Cynus Sigiſbuldus Piſtorienſis.

Beguardi & Beguinæ hæretici in Germania, inter alia aſſerebant hominem adeò perfectum eſſe poſſe in hac vita, vt peccare nequeat nec iuſtior fieri: nullum coitū eſſe peccatum: Chriſtum non eſſe adorandum in ſacramento Euchariſtiæ, quod illud eſſet imperfecti hominis: ideo licere quidquid natura ſuggeſſerit. Damnati fuerunt in Cōcilio Viennenſi, & iterum à Ioann. 22. Clementi. Ad noſtrum. de hæret. Maſſeus li. 18.

Ann. 1309. Equites Hoſpitalarii S. Ioannis Hieroſolymitani, Rhodum inſulam cum vicinis aliis quinque à Sarracenis ſeu Turcis recipiunt anno 4. obſidionis. Hinc cœperūt dici Equites Rhodii & haberi illuſtres. AEmyl. lib. 8. Blond. lib. 9. dec. 2. Eam retinuerunt. 214. annis.

Anno 1314. vacauit Imperiū, ſedes Pontificia, & Regnum Francorum.

Ferunt Margaritā Comitiſſam Hollādiæ vno partu peperiſſe 363. liberos, & omnes viuos, qui fuerint baptizati. Annales Hollādiæ, & Mater Hiſtor. Sed ſit fides penes eos.

Multa collegia monachorum in Aquitania, ſeculari habitu donauit, vt metropolim Eccleſiam diocœſis Burdegalenſis, & collegiatas S. Seuerini, & D. AEmyliani, quarū Abbates conuertit in Decanos.

Henricus Imperator Mediolani coronatur ex more, ferrea corona: poſtea Romæ à tribus Cardinalibus ad hoc miſſis à PP. ſuſcepit aureā coronā Imperii inſigne. Trith. in Chron. Monaſt. Hirſaug. AEmyl. lib. 8.

Multi hæretici, quorū auctor erat Lolhardus quidā nomine Vualtherus, comburūtur in ciuitate Cremēſi vrbe Auſtriæ, & aliis in locis, quòd dicerent inter alios errores, Miſſam, Baptiſmū, & extremam vnctionē nihil prodeſſe: Luciferū iniuſtè cœlo pulſum fuiſſe, & tandē reſtituendum: omnes Angelos & ſuæ ſectæ aduerſos deputandos æternis cruciatibus: D. Mariam non māſiſſe Virginem: Dominicū corpus in Sacramento eſſe Deū fictitium: matrimonium eſſe iuratum meretricium: Deum nec ſcire nec punire mala quæ hic fierent: prætextu charitatis coibant promiſcuè in locis ſubterraneis: carnes quouis tempore edebant: dies feſtos non obſerua-

obſeruabant: Merita & interceſſiones Sanctorum irridebant, & multa alia eiuſmodi profitebãtur, adeò pertinaciter, vt cuiuſlibet eſſent ætatis & ſexus mallent mori quàm reſipiſcere, ſic eos faſcinauerat Satanas: In Auſtria & Bohemia vel vicinis locis erant eius ſectæ plus quàm 800. millia: vnde cœperunt Bohemorum hæreſes. Trith. in Chron. Monaſter. Hirſaugienſis.

Georgius Pachymerius hiſtoricus alter à Philoſopho, cuius ſuprà meminimus (quãquam illic neſcio quo caſu nomen hiſtorici pro Philoſopho ſit ſubſtitutum) ab anno primo Michaelis Paleologi ad 23. Andronici ſenioris hiſtoriã Græcorum per annos circiter 58. perſequitur.

Imperatorum Conſtantinopolitanorum tempora apud vllum auctorem vix ſatis diſtincta reperiuntur: adeò vt ex collatione Græcorum & Latinorum ſcriptorum mihi ferè diuinandum fuerit.

a Edidit 20. conſtitutiones, quas Extrauagantes vocauit.

Inſtituit vt ter ſingulis diebus tintinabula ad veſperum pulſarentur, quò vnuſquiſque ter ſalutationem Angelicam recitaret. Polyd. lib. 6. de inuent. cap. 12.

Epiſcopatum Tholoſanum in ſex Epiſcopatus diuiſit, & Tholoſam ſedem Metropolim conſtituit. Sic quoque Epiſcopatum Pictauenſem in tres, Pictauenſem, Maleacenſem, & Lucionenſem; cùm hi duo poſtremi antea eſſent Abbatiæ. Continuatio Nangiaci.

Nicolaus Aqueuillanus, Franciſcus Maronius Scotus, Petrus Aquenſis Archiepiſcopus, Conradus Sanctogeorgianus, Auguſtinus Anconitanus, Guilelmus Ochan Anglus (conductitius Papæ oppugnator, ait Pighius) Guilelmus Abbas Pictauẽſis, Martinus pœnitentiarius Epiſcopus, Alpharus Minorita, Guilelmus à Petra alta, Adamus Goddamus, Aſtaſanus ſiue Aſteſamis, Monaldus, Lupoldus Carthuſianus, Guido mõtis Rocherii, Petrus Epiſcopus S. Pauli, Guido Maiorienſis Epiſcopus, Theologiæ ſcriptores.

Petrus Cunerius aduocatus Regius in Senatu Pariſienſi conatur auferre Eccleſiaſticis iuriſdictionem temporalem. Ioannes de Columna auctor libri cuius titulus eſt Mater hiſtoriarum, Guido Parpinianus & Ioan. Andreas Canoniſtæ, Dantes Aligerius Florentinus inſignis poëta in lingua Hetruſcorum, obiit anno Chriſti 1321. & ætatis 56. vel vt alii volunt 61. Gentilis Fulginas, & Dinus Florentinus medici.

Durãdus de Vualdach in Arragonia hæreſiarcha, inter alia euomebat, matrimoniũ eſſe occultam ſcortationem. Berna. Lutzẽb. in catal. hæreti. Tandem comburitur.

Complures Manichæi cum ſuo doctore ad Eccleſiam Catholicam ſe conferẽtes, ſacrum baptiſma ſuſcipiunt. Niceph. Gregoras lib. 8.

Petrus Ioannes Biraenſis ſeu Pyrannenſis hæreticus, per Babylonem Meretricem magnam (Apocalyp. cap. 17.) intelligebat

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5403 | 1315 vel 1316 | 202 | a IOANNES 22. (aliis 21. aliis 23.) Caturcenſis, Andronico ſeniore Paleologo, cum Andronico iuniore nepote, Orient. ſeu Græcorum Impe. Othomano & Orchane, ex ordine Turcorum Impp. Ludouico 4. Bauario ſiue Bauaro Occid. Imperatore, Ludouico 12. dict. 10. Philippo 5. Longo, Carolo 4. Pulchro filiis Philippi Pulchri, & Philippo 6. Valeſio cognom. Catholicõ, (*ait Tilli.*) per ordinẽ ſucceſſionis Francorũ Regibus | 19 | 4 | |
| | | | *Vacat* | | | 16 |
| 5415 | 1327 | | CONCIL. *Moguntinum Prouinciale, præſide Matthia Archiepiſcopo Moguntino, præſentibus eius ſuffraganeis, Abbatibus & multis aliis Sacerdotibus. In eo multæ conſtitutiones ad Eccleſiæ vtilitatem ſunt editæ. Trithem. in Chro. Monaſter. Hirſaugien. & Continuatio Nangiaci.* | | | |

Catholicam

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficũ. | | Ann. | Menſ. | Dies |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Schiſma 20. | | | |
| 5415 | 1327 | | NICOLAVS 5. antea dictus Petrus, ordinis Minorum, contra Ioãnem 22. (quem acerrimè oderat Ludouicus Imperator) in ſchiſmate ab Imperat. pſeudopontifex Romæ creatus ſedit | 3 | 3 | 4 |
| 5423 | 1335 | 203 | b BENEDIctus 11. dict. 12. Tholoſas, Andronico iuniore Paleologo Græcorum Imp. Orchane Turcorum Imperatore, Ludouico 4. Bauario Occidẽt. Imperat. & Philippo 6. Valeſio Franc. Reg. | 7 | 3 | 17 |
| | | | *Vacat* | | | 15 |
| 5429 | 1341 | | CONCIL. *Anglicanum, in quo multi ſuo officio abutentes, turpiter deponuntur. Polyd. Virgil. lib. 19.* | | | |

Catholicam Eccleſiam, & Papam per Antichriſtum. Bernard. Lutzembu. Sententia Clementis 6. ex humatus, flammis traditur.

Carolus Pulcher fertur primus Regum Frãcorum permiſiſſe Papæ decimas ex ſuis ſubditis, vt eius quæſtus fieret particeps. Chron. Francor.

Ordo Militum Ieſu Chriſti exortus eſt tunc primùm in Luſitana an. 1326. Plat. cõfirmatus eſt à Benedicto 11.

Ducatus Borbonius initium habuit à Ludouico Claromontenſi Comite, qui munificentia Philippi Valeſii Regis Francorũ nominatus eſt Dux. Gagui. lib. 8.

Ioannes PP. tulit conſtitutiones in eos qui dicerẽt Chriſtum & apoſtolos nihil poſſediſſe. Extrauag. Cum iter nonnullos. de verb. ſignifica. Mater. hiſtor.

Carolus Fra. Rex offenſus quòd Edouardus 2. Anglorum Rex, vt beneficiarius non iuraſſet, nomine poſſeſſionis Aquitaniæ & Pontini, in verba Ludouici Regis, deturbatis Anglis, ferè totam Aquitaniam occupauit, exceptis tribus ciuitatibus, Burdegala, Baiona, & S. Seuero: Verum biẽnio poſt an. 1323. iureiurando, per Edouardum 3. adhuc iuuenem 12. annorum, dato, renouatoque fœdere, omnem Aquitaniam reddidit Anglo, præcibus Iſabellæ ſororis Reginæ Angliæ. Gagui. lib. 8. AEmyl. lib. 8. Poly. Anglic. hiſtor. lib. 18. & Chron. Franc.

Ann. 1324. agitur conuentus nobilium Londini in Anglia, vbi inter alia ſtatutum eſt, vt deinceps ſuſpendio ſtrangulandi ſtatim ſepelirentur: qui mos etiam nunc durat in Anglia. Polyd. lib. 18.

Mortuo Carolo Pulchro abſque virili ſtirpe an. 1327. orta eſt quæſtio (quam adhuc Angli dicunt eſſe ſub iudice) inter Francum & Anglum, de Regno Franciæ, Edouardo 3. Rege Angliæ, quòd eſſet filius Iſabellæ filiæ Philippi Pulchri iure proximioris gradus cognationis contendente, Regnum ſibi obuenire: contrà Philippo Valeſio filio Caroli Valeſii fra. Philippi Pulchri decreto legis Salicæ, qua fæminæ à Regni ſucceſſione excludũtur, illud ſibi vẽdicante. At Frãci Valeſium Regẽ decernunt, Edouardus verò Regis Galliæ ſolũ titulũ & inſignia aſſumpſit, quibus eius poſteri in hunc vſque diem vſi ſunt. Polyd. lib. 19. AEmyl. lib. 8. Hinc ortum eſt funeſtum & cruẽtum bellum Anglicum, quod cœpit in Aquitania, ſæpius intermiſſum & ſæpius renouatum.

b Confirmauit ordinem Militum Ieſu Chriſti.

Reformauit ordines Benedictinorum & Ciſterſienſium.

Nicolàus Lyranus ex Iudæis proſelyta & poſtea Franciſcanus, ſcripſit in vniuerſa Biblia tunc, vt ipſe meminit in cap. 2. Eſaiæ.

Hermanus de Schildis Auguſtinianus Eremita, Simon de Caſſia, S. Lupoldus Babembergenſis Epiſcopus, Ioannes Bacõthorpe, Bartholomeus Sanctocordius Piſanus, Ioa. Haſalanus, Theologici ſcriptores.

Puella 9. tantùm annorum peperit filiũ in quadam regione prope Moſellã fluuium.

Mater Hiſtoriarum.

Andronicus ſenior poſt multas contumelias obiit in monaſterio (in quo ferè bienniũ agere coactus eſt) anno ætatis 74. & ex quo Imperiũ ſuſceperat 50. an. verò Chriſti 1335. Niceph. Gregor. lib. 5. & 10.

c Inſcripſit catalogo Sanctorum S. Iuonem, qui ſub Honorio 4. floruit in iure Canonico. Sabel. Miſſis in Germaniam legatis fecit prædicari bellum contra Teucros infideles, his, qui ſuis bonis ſubuenirẽt vltra ſolitas condonationes, indulgens eſum ouorum & lacticiniorum in ſextis feriis & quibuſlibet ieiuniis præter Quadrageſimam: quod Treuerenſis & Colonienſis Archiepiſcopi in perpetuum impetrarunt, ſed Moguntino Archiepiſcopo recuſante aliquid cõtribuere ad Cruciadam, vt vocabant, etiã in hodiernum diem manſit, vt in tota diocœſi non liceat ouis vti tempore cuiuſlibet ieiunii, ſicuti permittitur in aliis duabus diocœſibus. Trithem. in Chron. Monaſt. Hirſau.

Iubileum ad 50. annos retulit, emitq́ue Auinium vrbem Galliæ à Ioanna filia Roberti Siciliæ Regis: vnde in perpetuum Pontificii iuris facta eſt. Plati. Errant igitur qui putant ipſi datã eſſe à Philippo Rege Francorum.

Andronicus iunior Græcorũ Imperator anno ætatis 45. & Imperii 21. poſt mortem autẽ aui an. 9. ex hac vita decedens an. Chriſti circiter 1344. reliquit Imperatorem CaloIoannem fil. natum 12. an. tutoremq́ue ei aſſignauit Ioa. Cantacuzenũ. Laonicus Chalcocondylas lib. 1. de reb. Turci. Niceph. Gregoras lib. 11.

Nicephorus Gregoras deſcripſit libris 11. Græcã hiſtoriam annorum 145. nẽpe à capta vrbe Cõſtantinopoli à Latinis, vſque ad obitum Andronici Iunioris, qui contigit anno, vt ipſe computat ab orbe condito 6849. hoc eſt (numerando ſecundum vulgarem morẽ Græcorum, quibus primus annus Chriſti eſt ab orbe condito 5505. vt liquet ex Nicephori Calixti libro 1. cap. 10) anno Chriſti 1344.

Angli deditione ceperunt Caletum, poſt arctam obſidionem 11. menſium. Polyd. lib. 19. Eam circiter 210. annis retinuerunt, vſque ad annum Domini 1557.

Delphinatus Vienenſis vili prætio venditur (ei teſtamento relictum falſo ait Polyd. lib. 19.) Philippo Valeſio Regi Frã. ab Humberto Principe ordinem prædicatorum profeſſo, ea quidem lege, vt primus Regis filius Delphinus vocaretur: quod etiam nunc obſeruatur. AEmyl. lib. 8. Gaguin. lib. 8. Mater Hiſtoriarum.

Cuſtodia ſepulchri Chriſti Hieroſolymis octo Franciſcanis cõmittitur à Sultano AEgyptio ann. 1336. Monſter. in Coſmog.

Ioannes Franc. Rex ordinem equitũ Stellæ eſt auſpicatus in antiqua & nobili domo S. Adoeni ad Lutetiam. Illi ſtellam aut in caputio aut in alio loco cõſpicuo veſtis pro inſigni geſtabant.

Edouardus Rex Angliæ adductus æmulatione ordinem Garteriorum equitum numero ſex & viginti D. Georgio ſacrum inſti-

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5430 | 1342 | 204 | c CLEMENS 6. Lemouicenſis, vir pius & doctiſsim⁹, Andronico Iuniore, & poſt eum CoIoIoanne Paleologo eius filio Græcorũ Imperat. Orchane & Salaimanio & Amurate ex ordine, Turcarum Imperat. Ludouico 4. Bauario, & poſt eum Carolo 4. Imperat. atque Philippo Valeſio, & Ioanne ex ordine, Frãcorum Regibus | 10 | 6 | 28 |
| | | | *Vacat* | | | 11 |

tuit.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5440 | 1352 | 205 | d INNOCENtius 6. Lemouicenſis, CaloIoanne Paleologo Græcorum Imperatore, Amurate 1. Turcorum Imperatore, Carolo 4. Occidentis Imperatore, & Ioãne 1. Francorum Rege | 9 | 8 | 6 |
| | | | *Vacat* | 1 | 5 | |

tuit. Horũ princeps eques, eſt Rex Angliæ: vtuntur pallio cœruleo; & crus ſiniſtrum infra genu loro ( à quo nomen datum eſt toti ordini, quòd garter lingua Anglica ſignificet periſcelidem) fibulato gemmis & auro ornato cingunt, eique inſcribunt Gallicis verbis, Vituperetur qui malè cogitat. Polyd. lib. 19. Anglic. hiſtor.

Vectigal ſalis Francis imponi cœptum eſt à Philippo Rege ad belli neceſſitatem. Gaguin. lib. 8.

Ioan. Cantacuzenus fraude cuiuſdã Apocauci familiaris Imperatoris miſſus in exilium, iniuriæ impatiens bellum quinquennale geſſit contra Ioannem Imperatorem, & Turcorũ arma Europæ inferens ( nõ quidem primus vt vulgò putant, ſed tertius ſicuti cõſtat ex Gregoræ lib. 7. & Calcocond. lib. 1.) capta Cõſtantinopoli, & filia data in vxorẽ Orchani Turco. Imper. Imperio Cõſtantinopolitano eſt potitus per aliquot annos, donec CaloIoanne Genuenſiũ, &, vt ait Egnatius, Turcorum (quibus primus tradidit in Europa locum ad habitandum, vt idẽ ait) ope Imperium recuperante, coactus eſt eo ſe abdicare, & ingredi monaſterium, vbi vnà cum Achæmemide Meletio quodam è Sarracenis ad Chriſtum conuerſo, ſcripſit contra legem Mahometicam pro religione Chriſtianã. Calcocõdylas lib. 1. de reb. Turci. Egnat. lib. 2. & Cuſpinia.

Salaimanium tertium Turcorum Imperatorem nominat Chalcocondylas li. 2. quẽ ait aliquot annis regnaſſe. Noſtri eius non meminerunt.

Vuladiſlaus Dux albus Poloniæ, qui è monaſterio D. Benigni Diuionẽſis diſpẽſatione Papæ pro ſucceſſione Regni Poloniæ reuocatus eſt ad Regni adminiſtrationẽ, obiit in ciuitate Argentina ann. 1388. 10. cal. May, & vt iuſſerat ſepelitur in Eccleſia D. Benigni Diuioni, vt conſtat ex eius epitaphio: quod miror hiſtorias Poloniæ ſubticuiſſe.

d Bernardus Abbas Mõtiſcaſſini, Michaël de Maſſa, Fiſchatius, Ioan. de Bachone, Gregorius Ariminẽſis, Petrus Berthorius, Thomas Argentinenſis, Henricus à Balma, Ioan. de Tambacho, Armacan, Heluicus Germanus, Hẽricus Conſtantienſis, Omnes hi circiter hæc tempora de Theologicis quæſtionibus ſcripſerunt.

Ann. 1360. fœdus inter Anglum & Francũ initur, & auctoritate Innocentii PP. ratum habetur. Eius ſumma erat, vt Anglus Franco cederet omne ius quod in Frãciæ Regnũ, in Normanniam, in Andegauenſes & Cenomanos haberet: at obtineret Aquitaniã his finibus ad quos iungerentur Vaſcones, Pictones, Santones, Petracorii, Cadurci, Lemouices, Engoliſmenſes, Caleti, Ginarum & Pontiuum Comitatus, ipſeque nullum deinceps vectigal vel iuſiurandũ daret Franco: E contrario Francus redemptionis nomine ad certam diem tricies centum millia aureorum perſolueret, & interea datis obſidibus liber è captiuitate rediret in Franciã. Polyd. lib 19. & Chron. Franc. AEmyl. lib. 9.

Bertholdus Beghardus de Borbach com-

buritur Spiræ an. 1355. quòd inter alia blaſphemia diceret Chriſtum in paſſione derelictum, adeò vt etiam de ſalute dubitarit. Continuatio Ab. Vſpergenſis,& Naucler. Idem ſentit Caluinus lib. 2. inſtitutio. cap. 16. ſect. 11. & ſepè aliàs.

Pragenſis Academia & Archiepiſcopatus in Bohemia inſtituitur per Carolum 4. Imper. Trithem. in Chron. Monaſt. Mõſter. in Coſmogr. Naucler. in Chron.

Obiit ann. 1355. celebris ille iuriſconſultus Bartholus de Saxoferrato, Mathematum & Hebraicarum quoque literarum peritus, an. ætatis 56. Palmer. alii aiunt 46.

Ioan. Vuiclef hæreſiarcha cœpit tunc ſua dogmata euomere in Anglia, & compoſuit plus quam 200. volumina librorũ. AEneas Sylui. hiſtor. Bohemi. cap. 35. In 8. ſeſſione Concil. Conſtantienſis damnati ſunt 45. articuli ex eius libris collecti, quorũ nõnulli noſtra ætate recruduerunt.

Tunc primùm in Anglia an. 1361. in conuentu Principum, anno ætatis Edouardi 50. decretum eſt, vt deinceps in foro actiones, ſententiæ, & cætera acta, fierẽt lingua Anglica, nec amplius Gallica vel potius Normannica vt antea fiebat. Polyd. lib. 19. hiſt. Angli.

Eodẽ anno Edouardus Angl. Rex in ſimilitudinem iubilei Chriſtiani, celebrãs iubileum ſuę ætatis, exules quoſdã reuocauit,& cuſtodias omnes dimiſit, condonatis maleficiorũ pœnis: magnas immunitates, præcipuè quas vocant Magnæ Chartæ, de integro populo cõceſſit. Hinc Reges iubileũ ætatis celebrare cõſueuerunt, vt ſcilicet Rex vel Regina in annos ſingulos tot pauperes die ſuo natali veſtiat, eiſq; largitiones faciat, quot illo die annos ætatis cõpleuit. Poly. ibidem.

CaloIoannes Græcorum Imperator cum Amurate Turca, quì traiecta Europa Adrianopolim Regni ſedem conſtituerat, iniit ſocietatẽ, eiq; fit vectigalis, & filio ſuo Andronico natu maiori filiã Suſmani Myſiorum Regis & ſororem vxoris Amuratis, dedit in vxorẽ. Chalcocond. li. 1. de re. Turci.

e S. Brigitta (altera ab Scotica) Regina quondam Suetiæ Neritiæ, veniens Auinionem (alii, Romam) ad Vrbano 5. confirmationem regulæ ordinis à ſe inſtituti impetrauit. Trithem. in Chron. Monaſter. & Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 4. & Volater. lib. 21. Geograph. Palmer. in Chron.

Baldus, Angelus, & Petrus fratres, ex Petro de Vbaldis medico Peruſino, inſignes iuriſconſulti.

Bellum inter Anglos & Francos renouatur, ſed cuius culpa non ſatis conſtat. Itaque Cadurci, Lemouicenſes, & aliæ plures Aquitaniæ vrbes, quia nimis vectigalium exactionibus ab Anglis premebantur, Carolo Regi Francorũ ſe dediderunt: ſed paulò poſt Angli diripiunt Lemonicũ principem vrbem illius defectionis, & ſibi reſumunt ius in Franciæ Regnum. Polyd. lib. 19. hiſtor. Angl.

Carolus legem tulit, vt Regum filii anno 14. conſecrentur & coronẽtur. Contin. Nang.

| An. ab orb. condito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5451 | 1363 | 206 | e VRBANVS 5. Lemouicenſis, Calo (ſiue Carolo) Ioanne Græcorum Imperat. Amurate 1. Turcorũ Imper. Carolo 4. Occident. Imper. Ioanne 1. & poſt eum Carolo 5. Sapiente Franc. Reg. | 8 | 4 | |
| | | | *Vacat* | | | 10 |

Odro

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 5459 | 1371 | 207 | f GREGORIVS 11. Lemouicenſis, Calo Ioanne Græc. Imperatore, Amurate 1. & poſt eum Baiazete 1. ſiue Paiazite ſiue Paizete (*variè enim legitur*) Turcorum Imperatore, Carolo 4. Occidentis Imperatore, & Carolo 5. Sapiente Franc. Rege | 7 | 2 | 27 | Ordo montis oliuarum inſtituitur anno 1370.<br>f Sedem Pontificiam Romam Auenione retulit ſuaſione S. Catherinæ Senenſis, & Baldi Peruſini Iureconſulti. Plati.<br>Franciſcus Petrarcha inſignis poëta, & Ioan. Bocatius vir amœni ingenii, mortem obierunt, ille 72. anno ætatis, hic 62. Palmerius in Chron.<br>Petrus Bercorius mandato Ioannis Francorum Regis conuertit Titum Liuium in Gallicum ſermonem.<br>Richardus Notinghamiꝰ, Maximus Planudes Grçcus monachus, Iacobus Lauſanẽſis, Nicolaus Oreſmus Gallus, Guilelmus Anglꝰ, Himbertus Abbas Pruliacẽſis, Matthæꝰ Cracouienſis, Pelbartus Pannonius, Gualtherus Hume Anglus, Bartholomeus Piſanus, Richardus Lauinhan Anglus, Ioannes Thaulerus Colonienſis, Gerardus Magnus Dauentrienſis, Paulus Venetus, Theologiæ ſcholaſticæ præſertim ſcriptores.<br>Carolus 5. Franc. Rex ſecundus à Carolo Magno iuſſit Sacra Biblia fideliter verti in Gallicum ſermonẽ, cùm Vualdenſes & alii pro libidine ea transferrent. Ioan. Tili. |
| | | | *Vacat* | | | 11 | Edouardus Anglorum Rex in conuentu principũ Regni primus indixit pœnã immanem his qui in poſterum vlla Anglicana ſacerdotia impetrarent à Romano Pontifice, aut cauſas, niſi per appellationem, ad eum deferrent. Polyd. lib. 19. Angl. hiſtor. |
| 5466 | 1378 | 208 | g VRBANVS 6. Neapolitanus, Calo Ioanne cũ Emanuele fil. Græc. Imperat. poſtea Andronico 3. & Emanuele eius filiis, ex ordine Grçc. Imperatoribus, Baiazete 1. Turcorum Imper. Carolo 4. Occident. Imperat. cum filio Vuenzeſlao Cçſare, poſtea ſolo Vuenzeſlao Imperat. Carolo 5. Sapiẽte, & poſt eum Carolo 6. Beneamato Francorum Rege | 11 | 8 | | Amurates tertius Turcarum Imperator ex Ogoziorum ſiue Othomanorum familia, qui plures in bello occidit quàm vllus præceſſorũ, poſt 37. bella in Europa Aſiaque confecta tali fortuna, vt in nullo victus ſuccubuiſſet, à ſeruo quodã Seruiano ſiue Tryballo, vt Turcis & Latinis placet, vel vt volunt Græci, à quodam Miloe generoſo milite interfectus eſt ſub ann. Chriſti 1373. & Imperii 23. (neque enim ratio temporum & hiſtoriæ ferre poteſt annos 57. quibus legitur apud Chalcocondylam lib. 1. regnaſſe, apud quem, vt obiter id dicam, numeri plerunque mendoſi, aut obliterati reperiuntur) Iouius de rebus Turci. & Ioan. Egnatius Lonic. Chalcocond. lib. 1. de reb. Turci.<br>g Feſtum viſitationis D. Mariæ inſtituit. Mat. hiſtor. Annum Iubilei tertiò celebrat. Platin.<br>Carolus 5. Francorum Rex fuit literarũ & literatorum amator ſummus, ac Scripturarum ſacrarum ſtudioſus: iudiciis frequẽter aderat: Arma nunquam induit ex quo Rex creatus eſt, ſed manſit togatus: Quicquid patri ablatũ fuerat, id omne fermè ab Anglis recuperauit: Reliquit poſt mortem decem & octo milliones aureorum, licet initio Regni ipſius exhauſtũ fuiſſet regium ærarium. Gaguin. & Chron. Francor. AEmyl. lib. 9. ait duodeuicies 100. millia nummorũ aureorum. |
| | | | *Vacat* | | | 17 | Ordo monaſticus Ieſuatorum (ſic dicti ſunt quod nomen IESV frequens eſſet in ore eorum) Senis initium habuit à Ioan. Columbano, & Franciſco Vincentio, Senenſibus. Geſtabant pro inſigni albam tu- |

nicam & capitium quadratum à ceruice ad humeros deiectum, cingebantur ſcortea zona, & nudos pedes ligneis ſoleis in inferiore parte muniebant, propterea q; canuſinum pallium tunicæ ſuperiectum ferebant. Sabel. AEnead. 11. lib. 9. Polydor. lib. 7. ca. 4. de inuent. rer. Alii referunt eius initium ad Vrbani 5. tempora.

Lithuani populi vltimi in Europa fidem Chriſtianã receperunt. Monſter. in Coſmo.

Floruit tunc Bartholomeus Salicetus Bononienſis iuriſconſultus.

Ioann. Hus pſeudoeuangeliſta Bohemorum, hæreſes Vuicleſuiſtarũ ſpargit in Bohemia, ſub Vuenceſlao Rege. AEnead. Syl. hiſtor Bohem. cap. 35.

Bertholdus Schuartz ſiue Niger (dubiũ an fuerit monachus) artis chemicæ peritus excogitauit immaniſſimum genus machinæ bellicæ, quam à ſtrepitu (vel à bombo & ardeo) Bombardam dixerunt. Plat. & Mõſter. in Coſmogr. Alii ad Gregorium 11. reiiciũt.

Totus Occidens ciuilibus ſeditionibus agitabatur ob noua vectigalia. Polydor. lib. 20. Angli. hiſtor.

Ortum eſt graue bellum propter ſucceſſionem Regni Luſitaniæ inter Ioannem 1. Regem Caſtellæ & Legionis, qui duxerat in vxorem Beatricem filiam Ferdinãdi Regis Luſitaniæ, & Ioãnem nothum ipſius Ferdinandi, qui exutus monaſtico habitu Regnum paternum obtinebat. Polydor. lib. 20. Angli.

Carolus 6. Franc. Rex tantùm tres flores liliorum pro inſigni Regum Frãciæ geſtare inſtituit.

Nunquam aliàs Francia tã vexata fuerat quàm Carolo 6. iuuene & ſtulto Imperãte. Nam præter alia vectigalia tunc primùm ablatæ ſunt vi & armis ſacræ decimæ ad neceſſitates belli. Chron. Francor.

Græci dũ inter ſe miſerè certãt de Imperio, fiunt ſub poteſtate Turcici Imperatoris, & totam ferè Græciã amittunt. Andronicus cum filio Ioanne contra patrem CaloIoannem & fratrem Emanuelem à Baiazete precario Imperium obtinet, & eius ope Bizantium expugnauit, quam 4. plus minus annis tenuit, donec Emanuel promiſſis tributi nomine tribus myriadis aureorũ, Imperio reſtituitur à Baiazete, apud quẽ deinceps Andronicus & eius filius facti Ianizarii, vt vocant, diu manſſerunt. Chalcocond. lib. 2. de rebus Turcicis.

h Fertur confirmaſſe feſtum Viſitationis Virginis Mariæ.

Ad onera belli contra infideles ſecundus indixit Annatas beneficiorum vacantium, vt qui beneficium conſequeretur fructus vnius anni aut dimidiam eorum partẽ fiſco Apoſtolico perſolueret. Illud ſoli Angli recuſarunt, tantùm in Epiſcopatibus & maioribus ſacerdotiis admittentes. Plati. Quidam hoc inuentum referunt ad Ioann. 22. ſed ſi credimus Polydor. lib. 8. de inuẽt. cap. 2. multò eſt antiquius, cùm Hoſtienſis (quem diximus vixiſſe circa an. 1260.) in cap. inter cætera de offici. ordinar. dicat de

| An. ab orbe cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Schiſma 21. & omnium grauiſſimũ, quod durauit an. circiter 50. alii volunt 30. alii 39. alii 40. nonnulli | 52 | | |
| 5466 | 1378 | | CLEMENS 7. Arelatenſis, à quibuſdam Cardinalibus pſeudopapa electus, ſedit Auinione contra Vrbanum & eius ſucceſſorem Bonifacium 9. PP. an. | 15 | 11 | 23 |
| | | | *Vacat* | | | 11 |
| 5467 | 1379 | | *Duo Concilia Gallicanæ Eccleſiæ, ob electionem Clementis Antipapæ, habita ſunt Lutetiæ.* *Primum 3. Idus Septembris.* *Alterum 16. Calend. Decemb.* | | | |
| 5477 | 1389 | 209 | h BONIFAcius 9. Neapolitanus, Emanuele Paleologo filio CaloIoannis Græcor. Imper. Baiazete, Ieſu ſiue Ioſue, Muſulmane ſeu Mulſumane ex ordine Turcorum Impper. Vuenzeſlao, & Ruperto ex ordine Occi. Impper. Carolo 6. Francor. Reg. | 14 | 11 | |
| | | | *Vacat* | | | 15 |

ea re

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5482 | 1394 | | Clementi 7. pſeudopontifici ſucceſſit Petrus de Luna, dictus Benedictus 13. vir doctiſsimus, à Cardinalibus tanti ſchiſmatis auctoribus electus PP. conſedit Auenione annos plus minus | 30 | | |
| 5482<br>5486 | 1394<br>alii<br>1398 | | CONCIL. *Gallicanum, omnium prælatorum Franciæ, iuſſu Caroli 6. habitum Lutetiæ 23. Ianuarii contra ſchiſma, & in eo Benedictus Antipapa deponitur, qui nihilominus noluit cedere. Chron. Franc.* | | | |

ea re ſæpe reclamatum fuiſſe, & Franciſ. Zarabella ſcribat in Concilio Vienenſi ſtatutū fuiſſe, vt ſublatis annatis vigeſima pars vectigalium ſacerdotalium quotannis Rom. Pontifici penderetur.

Ioan. Rusbrochius, Iacobus Peretz de Valentia, Simon Cremonenſis, Conradus Ratisbonenſis, Gallus abbas Aulæ regiæ, Laurētius Iuſtinianus Venetus, Dionyſius Burgenſis eremita, Matthæus Epiſcopus Vuormacienſis, Ioan. de Hiſdinio Hoſpitalarius, Michaël Angrianus Bononienſis, Gerardus Zutphanius, Renerus Pipernus, Henricus Boicius, Nicolaus Gorracus Dominicanus, Philippus montis Galerii, Thomas Calenſis, Alphonſus Thoſtatus Epiſcopus Abulēſis, Hugo à Caſtro nouo, Iacobus Magnus Tholetanus, Ioan. Bromiardus. Omnes hi Theologici ſcriptores.

An. 1391. in conuentu Regis & Principum Angliæ ſancitum eſt, iuriſdictionem Rom. Pontificis eſſe terminādam Oceano, itaque nemini Anglo licere in poſterum ſub pœna perpetuæ cuſtodiæ pro quauis cauſa agere apud Rom. Pont. vt quiſpiam in Anglia eius auctoritate excommunicaretur, neue exequi aliquod tale mandatum ſi quod ab eo acciperet. Polyd. lib. 20. Angli.

Benedictus 13. Antipapa fertur à nonnullis, primus Euchariſtiam ante ſe geſtaſſe ad ſui cuſtodiam.

Emanuel Chryſoloras Byzantinus Græcas literas in Italiam quaſi poſtlimio reduxit, quæ per 700. annos ferè exulauerāt. Platin. Palmer.

Blondus Foroiulienſis hiſtoricus ſeriem tēporum ab an. Chriſti 407. vſque ad 1400. retexit.

Ioannes Froſſardus canonicus & præsbyter hiſtoriam Franciæ, Scotiæ Hiſpaniæ, Britanniæ, Vaſconiæ, Flandriæ, ad ann. 1326. ad an. 1400. eſt perſequutus.

Academia Erdfurdienſis inſtituitur anno 1392. Kranti. lib. 10. cap. 15. & Crauienſis anno 1400. Monſter in Coſmog.

Sigiſmundus Vngariæ ſeu Pannoniæ Rex poſt vnum aut alterum præliū contra Baiazetem cum Gallorum & Vngarorum copiis fœliciter geſtum, an. 1395. ſolemni legatione miſſa ad Principes Chriſtianos, à Rom. Pontifice ſummam vim pecuniæ præter exercitū, & à Carolo 6. Franc. Rege 8. millia militū cum præcipuis Regni Principibus, quorum Dux erat Ioannes Niuernenſis Comes, obtinuit. Itaque ducens exercitum in Bulgariam cepit Orizum & Biolinium vrbes: ſed cùm poſt 18. diē quo Nicopolim obſidebat cū Baiazete acie congreſſus eſſet, temeritate Gallorū magna clade affectus, fugiēs Veneta claſſe ſeruatus eſt, & 300. nobiles Frāci capti ſunt, quorū 24. redempti ſunt 200. millibus aureorum, cæteris cæſis. Chalcocond. lib. 2. Gaguin. lib. 9. Egnat. & Volater. Chron. Francorum.

Baiazetes (qui à celeritate cognominatus eſt lingua Turcica Heldrin, & à Græcis Lælaps, qu. turbo venti ſeu procella) Turcorū Imperator totam ferè Græciam & magnam

Bulgariæ

Bulgariæ partem ſibi ſubegit. Egnatius & Iouius. Indignatus quòd Emanuel Conſtãtinopolita. Imperator nollet apud eum fũgi munere Ianizarii, Byzãtiũ decẽnio (Egnati. ait octennio) oppugnauit. Quo tempore Emanuel Imp. venit in Italiam & Frãciam à Rom. Pontifice, Venetis, Italiæ Ducibus, & Carolo 6. (Pa. Iouius falsò putat eum fuiſſe 7.) tunc Phrenetico & furioſo ſuppetias petiturus. Sed cum moras aliquãdiu traxiſſet in Francia, donec Rex Carolus curaretur, (nam etiam conſtat ex Gagui. lib. 9. circa an. 1399. duos fratres Eremitas D. Auguſtini ſuſcepiſſe eum ſanare, licet fruſtra, vnde ſuplicio capitis perierũt) coactus eſt redire Conſtantinopolim re infecta (ſi enim Græcis & Gallis hiſtoricis credimus decipitur Paul. Iouius, qui exercitum à Francis antea conceſſum Sigiſmundo Regi Vngariæ nondũ Imperatori, huic datum refert.) Chalcocondylas lib. 2. de reb. Turci.

Tamberlanes ſeu Temerlanes (quem Demetrius Moſcus Themircutlum, Græci Temirem vocãt) Scytha, ex latrone & priuato homine factus Imperator, & Dei flagellum, incurſione in minorem Aſiam facta, Baiazetem ab obſidione Conſtantinopolis (quam alioqui expugnaturus fuiſſe creditur) retraxit, & cruentiſſimo conflictu captum catenis aureis ligauit, & in ferream caueam intruſum ſecum per omnes Aſiæ & Syriæ expeditiones circunduxit, atque ſi nonnullis credimus, eo vſus eſt pro ſcabello, ſi quãdo equum conſcenderet. Chalcocondyl. lib. 2. & 3. de reb. Turci. Egnati. Sabel. Pius 2. lib. 2. deſcrip. terræ. Regnauit Baiazetes an. 25. Chalcocondyl. lib. 3.

In numerandis Turcorum & Græcorum Imperatoribus ſequor Chalcocondylam, qui vt erat natione Græcus, rem propius attigiſſe videtur. Nam Latini qui aiunt Baiazetem habuiſſe Regni ſucceſſorem filium Cyriſcelebem (quem vulgò nominant Calepinum) qui regnarit ann. plus minus 6. cuius filios faciunt Machometem & Orchanem Paul. Iouius. Alii eos duos faciunt filios Baiazetis, & volunt Orchanem eum eſſe qui dictus ſit Calepinus. Sed in rebus alienis facilè eſt hallucinari. Earum autem cognitio neceſſaria eſt ad multa loca Apocalypſεως intelligenda.

Exoriuntur ſectæ Huſſitarum, Adamitarũ & Orebitarum ſiue Orphanorũ in Bohemia, Albatorũ in Italia. AEneas Syl. hiſt. Bohem. cap. 35. 41. & 43. Bonfin. dec. 3. lib. 2. Polyd. lib. 7. de inuent. cap. 5.

Iſabella 8. annos nata filia Caroli Regis Franciæ, Ricardo Anglorum Regi deſponſata, inter Francos & Anglos induciæ in 30. annos pactæ ſunt an. 1396. Polyd. lib. 20. Angli. hiſtoriæ.

i Hugo Ambriotus præſes (non autem Epiſcopus vt malè quidam cenſent) Pariſiorum, Iudæorum ſectator, oſor clericorũ, & Euchariſtiæ contemptor, vt hæreticus à Pariſienſi Epiſcopo perpetuo carceri adiudicatur. Ipſe eſt qui Baſtildum ad D. Anthonii portã munitiſſimũ propugnaculum,

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5492 | 1404 | 210 | INNOCENTIUS 7. Sulmonenſis, Emanuele ſiue Manuele Conſtãtinopolitano Imper. Mulſumane Turcor. Imper. Ruperto ſiue Roberto Occident. Imper. & Carolo 6. Beneamato Franc. Reg. | 2 | | 22 |
| | | | *Vacat ſedes Pontificia* | | | 23 |
| 5495 | 1407 | 211 | i GREGORIVS 12. Venetus, Theologiæ doctor celebris, eiſdem Imperãtibus | 2 | 7 | 5 |
| | | | *Vacat* | | | 10 |
| 5497 | 1409 | | CONCIL. *Piſanum plurimorum prælatorum, indictum à Cardinalibus contra Schiſma. In eo ambo Pontifices Benedictus 13. & Grægorius 12. accuſati de colluſione, abrogantur, & Alexãder eligitur PP. ſed illud nullius ferè fuit profectus, nam neuter voluit cedere. Palmer. Plati.* | | | |

& Pontem

| An. ab orb. cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5497 | 1409 | 212 | k ALEXANder 5. Cretẽſis, Theologiæ doctor, eiſdem Imperantibus | | 10 | 8 |
| | | | *Vacat* | | | 11 |
| 5498 | 1410 | 213 | l IOANNES 23. (aliis 22. aliis 24.) Neapolitanus, Emanuele Cõſtantinopolitano Imper. Mulſumane & Moſe, filiis Baiazetis ex ordine Turcorũ Impper. Sigiſmũdo Occid. Imp. Carolo 6. Franc. Reg. | 5 | 15 | |
| | | | *Vacat* | 2 | | |
| 5502 | 1414 | | DECIMVM SEXTVM *vniuerſale Conciliũ Conſtantienſe in Germania, Patriarcharum 4. Cardinalium 29. Archiepiſcoporum 47. Epiſcoporum 160. (ali. 270.) Abbatum & Doctorũ 564. præſidente initio Ioanne PP. & præſente Sigiſmundo Imperat. celebratum fuit contra ſchiſma trium Pontificum, Ioannis 23. Bononiæ, Gregorii 12. Arimini, & Benedicti 13. in Hiſpania, qui tres priuati fuerũt, electo PP. Martino 5. Fuit etiam contra hæreſes præcipuè Ioan. Vuicleſi, & Ioannis Hus. Denique contra vitia tam laicorum quàm clericorum. Liber Concil. Plati. Palmer. Naucler. Durauit annos tres & aliquot menſes, ab an. 1414. die 5. Nouembris ad annum 1418. inchoatum, vt liquet ex actis ipſius Concilii. Mirum eſt quod narrant à die Paſchæ ad Pentecoſtem numeratas fuiſſe 60500. exteras perſonas quæ ad Concilium confluxerant.* | | | |
| 5505 | 1417 | 214 | m MARTINVS 5. Romanus, vir optimus & doctiſsimus, Emanuele Paleologo, & poſt eum Ioanne eius fil. & abnepote Andronici 2. ex ord. Conſtantinop. Impp. Mechmete ſiue Mahomete, 1. filio Baiaze- | | | |

& Pontem D. Michaelis extrui curauit. Gaguin. lib. 9.

Ordines Montoliuetenſium auctore Bernardo Ptolomæo: Canonicorum S. Georgii de Alga auctore Laurentio Iuſtiniano, & Mendicantium D. Hieronymi (quos Ioan. 23. cõfirmauit) inſtituũtur an. Domini 1407.

Ieſus ſiue Ioſue minimus filiorum Baiazetis Chriſtianæ religioni initiatus mox moritur. Chalcocondyl. lib. 4. de reb. Turci.

Ciuile bellum in Gallia ob cõtrouerſias duarum familiarum Ioannis Burgundiæ & Ludouici fratris Regis Aureliani Ducum; quod magnum multorum annorum malum inuſſit Galliæ. Burgundio dum rebus eſt potitus, Carolum Regem ſuo arbitratu regebat: Reginam & eius filiam huc illuc pertrahebat & vexabat. Polyd. lib. 22. Angli.

k Hic adeò fuit munificus in pauperes, vt de ſe ipſo ſæpe per iocum diceret ſe diuitem fuiſſe Epiſcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem. Plati.

Ordo Scopetinorũ ſiue S. Saluatoris originem habuit à Stephano Bononienſi anno 1410. Volat. lib. 21.

l Petrus Aquillanus, Thomas Campẽſis, Iordanus Magdeburgenſis, Thomas Haſelbachius, Henricus Heſſus, Reinhardus Fronthonienſis, Petrus de Aliaco Cardinalis & Epiſcopus Cameracenſis, Ioannes Capreolus, S. Vincentius Valentinus (hic ſemel in die tantùm manducabat, & à Calixto 3. in numerũ Sanctorum relatus eſt. Volat. li. 21.) Franciſcus Zarabellus, Ioan. Dominici Cardinalis: Omnes hi Theologiæ profeſſores.

Florent tunc Laurentius Valla doctus Grammaticus, Alphõſus Rex Arragonum, Antonius Panormitanus, Ioannes Imolenſis, Paulus Vergerius Iuſtinopolitanus.

m Decreuit in ſingula decennia celebrandum eſſe Concilium vniuerſale. Plati.

Huius pedes Sigiſmundus Imperator eſt exoſculatus. Volater.

Non eſt hic diſſimulandus error auctoris Summæ Angelicæ, cuius occaſione Caniſtæ futiles quæſtiones excitarunt, & Petrus Martyr in 2. Samuel cap. 13. calumniam inuſſit huic Pontifici: nam quod ille auctor ait in verbo, Papa, Martinũ 5. relaxaſſe alicui matrimonium cũ ſua ſorore Germana; impudentiſſimum eſſe commentum facilè conuincitur ex ipſo Antonino, quem idem citat. Ille enim in Summa, tomo 3. tit. 1. cap. 11. de affinitate in fine, ſcribit Martinum 5. poſt longam Theologorum & Caniſtarũ de ea re conſultationem, diſpenſaſſe cũ quodam qui conſummauerat matrimonium cum quadam Germana eius quam (vt loquitur) cognouerat fornicariè.

Mahometes Turcorum nonus (Ioui. 6.) Imperator, poſt recepta omnia loca quæ Tamberlanes in Aſia minore occupauerat, Imperatoria inſignia ex Pruſa (quæ hodie Burſa dicitur) in Græciã tranſtulit, & Adrianopoli vrbe Trachiæ collocauit. Iouius lib. de reb. Turci. Vt erat moribus tranquillus & placidus perpetuam habuit amicitiam cũ Græcorũ Imperatoribus: cùm regnaſſet 12.

annos (Ioui. ait 14.) & Imperii ſucceſſorem deſignaſſet Amuratem filium obiit anno circiter 1420.

Ann. 1425. vſus Bombardarum tum primùm à Gallis agnoſci cœpit, Thoma Mōtacuto Sarisberienſe Comite Anglo, Cœnomanum vrbem illis tormentis oppugnāte. Polyd. lib. 23. Angli. hiſtor.

Lutetia à Burgundione occupatur, & Rex Carolus 6. cum tota aula in eius poteſtatem recidit: poſtea Philippus Burgundiæ Dux cognita cæde Patris, iniens ſocietatem cum Henrico 5. Angliæ Rege in patris ſui vltionem Regem, Reginam, Lutetiā, & quicquid ſuæ factionis habebat ei tradidit an. 1419. eoque tempore apud Trecas Catharinam Caroli filiam illi nubere coëgit, ea lege vt ii eorumque liberi Frāciæ Regno ſuccederent, & Henricus interea viuente Carolo Regens Franciæ cognominaretur. Poly. lib. 22. AEmyl. Gagui. li. 9. & 10.

Ioanna Puella annorum circiter 20. nata, Aurelium vrbē obſidione Anglorū liberat an. 1429. eius auſpiciis multa prælia fœliciter à Francis geſta ſunt. Gaguin. lib. 10.

Antonius à Rampegolis, Ioānes de Turrecremata Hiſpanus, Ioannes Fouentinus, Antonius Parmenſis, Thomas de Kemptis, Hermānus Stutdorpius, Henricus de Coſueldia, Nicolaus Dunckelſpuglius Vienēſis, Henricus Heſſus, Poggius Florentinus, Thomas Vualdenſis, Ioannes Gerſon, (quem imprudenter Caluinus in Inſtitutionibus Latinis li. 4. cap. 7. ſect. 28. ait vixiſſe ſub Ioanne 22.) Raymundus Sebeidius, Hermannus Petra Carthuſianus. Hi omnes illius tēporis inſignes Theologiæ ſcriptores.

Louanienſis Academia ann. 1427. erigitur à Ioanne 4. Brabantiæ Duce. Monſter. in Coſmogr.

Gentiles errones (quos Germani Heidē, nos Bohemos vocamus) primùm an. 1417. per Germaniam viſuntur, qui excocti ſole, immundi veſte, intentique furtis homines falſa ſua chiromātia paſſim decipiūt. Poly. lib. 7. de inuent cap. 7. Krant. lib. 11. cap. 2.

Paulus de S. Maria (ita dictus eſt poſtquam ex Iudæo Chriſtianus factus) Theologus Epiſcopus Burgenſis & Archicancellarius Ioannis Regis Caſtellæ, abſoluit ſuas additiones ad poſtillas Lyrani ſuper Biblia Sacra, an. 1429. vt eſt in eius prolog. initio Gloſſæ ordinariæ.

n Amurates Turcorum 10. (Latinis 7.) Imperator ordinem (inſtitutum iam ante ab Otomanno primo Rege. Chalcocondylas lib. 1. de reb. Turci.) peditū militum, quos Ianuæ ſeu Ianizaros vocant, ad ſex ſeu decem millia auxit, & eos ex Chriſtianorum filiis eligendos iuſſit. Duos vniuerſæ ſuæ Monarchiæ præpoſuit Imperatores ſeu Baſſas, vnum Europæ (quem Baſſam Romaniæ vocant) alterum Aſiæ, qui Baſſa Natoliæ dicitur. Chalcocond. lib. 5. Callymacus in hiſto. Vngariæ. Ipſe obiit an. Chriſti 1450. & ſui Imper. 32. vel vt ait Iouius, 31. Chalcocond. lib. 7.

Ioānes Gritſius, Carolus Aretinus, Pau-

| An. ab orb. cōdito. | Anni à Xpō nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | tis Turcorum 9. Imperat. Sigiſmūdo Occident. Imper. Carolo 6. & Carolo 7. ex ordine Franc. Regg. | 14 | 3 | |
| | | | *Vacat* | | | 12 |
| | | | Continuatio Schiſmatis. | | | |
| 5512 | 1424 | | CLEMENS 8. Hiſpanus, à quibuſdam anticardinalibus factione Alphonſi Regis Arragonum poſt Benedictum 13. in Antipapam creatus eſt, ſed poſt reconciliationem Alphonſi cum Martino Rom. Pontifice coactus eſt ſe abdicare Pōtificatu anno poſtquam ſediſſet ferè | 5 | | |
| | | | Sic finitum eſt tam ingens & diuturnum ſchiſma, & Martinus 5. manſit ſolus verus Pontifex Maximus. | | | |
| 5519 | 1431 | 215 | n EVGENIVS 4. Venetus, Ioanne Paleologo Conſtantinopolitano Imperat. Amurate 2. Turcorū 10. Imperatore, Sigiſmundo, Alberto, & Friderico 3. ex ordine Occid. Impper. Carolo 7. Francorum Reg. | 15 | 11 | 21 |
| | | | *Vacat* | | | 12 |

lus

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5519 | 1431 | | DECIMVM SEPTIMVM *generale Concilium Baſilienſe, primùm à Martino 5. indictum Papiæ, ſed ob peſtem ibi graſſantem, Senas tranſlatum & inchoatum, deinde interruptum ab Alphonſo Arragonum Rege, continuatur Baſileæ, vbi interfuit Sigiſmundus Imperator, præſide Iuliano Legato ſedis Apoſtolicæ, & poſt eius reuocationem, Ludouico Cardinale Arelatẽſi, & præſentibus multis prælatis, ad reformationem Eccleſiæ & componendos mores tã laicorum quàm clericorum. Ea demum acta quæ ad cenſuras & cauſas beneſiciales attinent confirmata ſunt à Nicolao 5. PP. Fuit etiam contra Huſſitarum ſeu Bohemorum hæreſes. Plati. Lib. Concil. AEneas cap. 49. & 50. hiſt. Bohemi. Perductum eſt vſque ad annum 1442. vt conſtat ex vltima ſeſſione 45. durauitque* | 11 | 9 | 27 |
| | | | Schiſma 23. | | | |
| 5527 | 1439 | | Fœlix 5. antea Amadæus olim Sabaudiæ Dux, in Concilio Baſilienſi contra Eugenium 4. Pontifex electus, liberè ſe Pontificatu abdicauit poſtquam ſediſſet | 9 | 6 | 7 |
| 5526 | 1438 | | CONCIL. *Gallicanum apud Biturigas omnium Epiſcoporum Franciæ, pro approbatione Pragmaticæ Sanctionis. Ioan. le Maire.* | | | |
| 5526 | 1438 | | DECIMVM *octauum ( Græci vocant octauam ſynodum ) œcumenicũ Concilium Florentinum, inchoatũ quidem Ferrariæ 5. Idus April. ſed inde ingruente peſte, tranſlatum Florentiam, præſide Eugenio 4. præſentibus Ioſepho Conſtantinopolitano Patriarcha ( qui Florentiæ obiit. Chalcocond. lib. 8.) Ioanne Paleologo Orientis Imperatore, multiſque Græcorum & Latinorum cardinalibus & Epiſcopis. In eo Græca Eccleſia vltimò conuenit cum Romana, itẽ cum ea Armeni & Indi vnitatem fidei redintegrarunt, recipientes Sacramentum Confirmationis. Plati. Volater. Palmer. Naucler. Chalcocondylas lib. 6. de rebus Turci. Beſſarion Trapezuntinus Nicenus Archiepiſcopus, & Iſidorus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus Ruttenorum, doctiſſimi Græcorum in Latinis perinde ac Græcis literis, quòd in eo Cõcilio fuiſſent auctores concordiæ Eccleſiarum, in Cardinalium ordinẽ cooptantur. Chalcocond. lib. 6. Durauit partim Ferrariæ partim Florentiæ ferè* | 1 | 3 | |

lus Epiſcopus Brugenſis, Nicolaus Burgundio Dominicanus, Nicolaus Amici, Ioannes Niderus Dominicanus, Ioan. Segonius, Ioa. Noblet Carmelita , Thomas de Corſellis, Ioan. à Spina, Bartholomeus Carthuſianus, S. Bernardinus minorita Remenſis ( hic factiones Guelphorũ & Gibellinorũ ferè repreſſit. Sabel. & eũ Nicolaus 5. inter Sãctos numerat ann. 1450. Platin.) Ambroſius Camaldulenſis, Ioannes Epiſcopus Leodiẽſis.

Carolo 7. Franc. Rege Burgundioni omnia quæ petebat, & adeò plus quàm poſſet, concedente, factiones diuturnæ ſunt ſopitæ an. 1435. & ex quo cœperãt ann. circiter 28. AEmyl. Anno ſequẽte Lutetia à Frãcis virtute Ioannis Villarii recepta eſt poſt 16. an. quàm in Anglor. ditionẽ venerat. Poly. lib. 23. Gaguin. lib. 10. Anno 1440. ſedatæ ſunt inimicitiæ Burgundionum & Aurelianenſium.

In Concilio Baſilienſi ædita eſt Pragmatica ſanctio, apud Bituriges à Carolo 7. Nonis Iulii an. 1438. probata, & in Senatu Pariſienſi publicata 3. Idus Iul. Gaguin. lib. 10. Damnatę ſunt annatæ beneficiorũ, & deãbulationes in tẽplis dũ ſacra celebrãtur. ſeſſio 21. Cautũ eſt ne numerus Cardinalium 24. excedat, ac ne quis nepotum Pontificis aut Cardinalium ad Cardinalatum admittatur. ſeſſio. 23. Feſta Conceptionis & Viſitationis D. Mariæ confirmata fuere. ſeſſio. 36. & 44.

Ludouicus Cardinalis Aquileienſis ex bonis Eccleſiaſticis canes & equos alere primus ſui ordinis incœpit. Volater.

Ioannes Guttenbergius Argentinenſis Artem IMPRESSORIAM, ſeu excuſſoriam, nouum ſcribendi genus, primus excogitauit an. 1440. in vrbe Argentinenſi: inde veniens Moguntiam eam fœliciter compleuit. Iacob. Vuympfelingius in epitom. Germanor. cap. 65. & Fulgoſus lib. 8. cap. 11. Platina & ferè omnes tale inuentum referunt ad Ioannẽ (Polyd. vocat Petrũ) Fauſtium Moguntinum ſub annum 1452. at Paul. Iouius à Cataynis Indiæ populis per Scythas & Moſcos illud ad nos perueniſſe ſcribit. Ferũt libros Auguſtini de ciuitate Dei, & Lactantii Firmiani de Diuinis inſtitutionibus fuiſſe primos qui typis excuſſi ſunt. Volat.

Græci ferè omnes cum Ioanne Imperat. Conſtantinopolim è Florentina ſynodo reuerſi, fiunt infenſi Rom. Pontifici, quòd ab eo tantum auxilii quantum erat pollicitus non acciperent: & conuentioni, quã cum Latinis de religione inierant, non ſtantes, iterum ad vomitum redeunt, auctoribus Marco Epiſcopo Epheſino, & Scolario Græcorũ doctiſſimis. Quibus motus Eugenius, miſit viros doctos Conſtantinopolim, qui rurſum diſputationes de eadem re cum Græcis haberent: ſed ipſi re infecta diſcedere coacti ſunt. Chalcocondyl. lib. 6. de rebus Turci. Paulò poſt Iſidorus Cardinalis ad Græcos miſſus, ipſos cum Romano Pontifice reconciliauit, ſed ſerò nimis. Chalcocond. lib. 8.

Ladiſlaus Poloniæ & Vngariæ, ſiue Pannoniæ Rex, prope Varnã vrbem cum Amurate Turco ad pugnam congreſſus, poſt maximam ſuorum ſtragem, à Turcis occiſus eſt

ann. 1444. Chalcocond. lib. 7. de reb. Turci. Bonfin. dec. 3. lib. 6.

Amurates in prælio quod gerebat aduerſus Vuladiſlaum Regẽ Vngariæ, cũ valdè timeret, vouit ſi incolumis & victor euaderet, ſe commiſſurum filio Imperiũ & ſeceſſurum in monaſteriũ monachorũ Turcicorum. Itaque poſt victoriam cùm aliquãdiu manſiſſet monachus, mutato Concilio Imperium recepit induſtria Chatitis Principis, qui tunc Mechmetem eius filium venatum abire iuſſerat. Chalcocondyl. lib. 7.

o Hic fuit linguæ Latinæ & bonarum literarum inſtaurator, doctis viris tam in humanioribus quàm in diuinis literis magna ſtipendia adſignauit. Vaticanam Bibliothecam erexit miſſis quaquauerſus viris doctis ad comparandos libros. Iubileum quintum celebrauit. Platin.

Nicolaus Iaquerius, Ioannes Huxarus, Bernardus Parentinus, Nicolaus Auſmius, Hugo Pariſienſis Tuſculanus Epiſcopus, Oliuerius prior S. Bauonis, Ioannes Vueſſalia Erfordienſis, Leonardus Vtinẽſis, Ioãnes Capiſtranus, Ioan. Varenaskrius, Bartholomeus Chamnius, Ioannes Raulinus, Felix Malleolus, Theologici ſcriptores.

Matthæus Palmerius Florentinus ſuum Chronicon vniuerſale ab anno 449. in quo deſierat Hieronymus, ad annũ 1449. deduxit, poſteà conuictus de hæreſi ob librũ quem de Angelis ediderat, comburitur apud Cornam. Trith. de ſcriptorib.

Friburgenſis Academia in Briſgoia inſtituitur. an. 1450. Monſter. in Coſmogr. Alii id accidiſſe ferunt an. 1463.

Boſina gens infecta Manichæorũ hæreſi. Sabel. AEnead. 10. lib. 6.

Leo Baptiſta Albertus, Nicolaus Perotus Epiſcopus Sipõtinus, Franciſcus Philelphus, Theodorus Gaza Theſſalonicẽſis, Gregorius Triphernus, Georgius Trapezuntius (qui oblitus omnium literarum in extrema ſenectute obiit Romæ, anno 1486.) Victorinus, in Latinis & Græcis doctiſſimi.

Conſtãtinopolis (quæ hodie Czarigrad .i. regia vrbs appellatur) à Mahomete Turcorum Impera. an. ipſius 3. & Chriſti 1453. 4. Calend. Iunii, die Martis & 60. die obſidionis expugnatur, & Conſtantinus huius nominis 11. Imperator Conſtãtinopolitanꝰ, vltimus Chriſtianus & ex familia Paleologorum, in illa expugnatione occubuit. anno 3. & Menſ. 3. Imperii. Paul. Ioui. Chalcocõdyl. lib. 8. Egnati. lib. 3. Gaguin. lib. 10. Dehinc Orientis ſeu CONSTANTINOPOLITANVM Imperium cœpit eſſe penes Turcicos & Othomannicos Imperatores.

Carolus 7. totam ferè Normanniam (nã reſtabant Caletum vrbs & aliquot vicina loca) recuperauit anno 1451. poſt annos 30. quàm Henricus 5. Henrici 6. qui tunc regnabat, pater, Anglorum Rex eam occupauerat. Anno ſequenti capta primùm Burdegala & Baiona ciuitatibus, Franci vniuerſam Aquitaniam recipiunt, poſt annos circiter 299. ex quo Hẽricus Andegauenſiũ Comes, & mox Angliæ Rex eius nominis 2.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5535 | 1447 | 216 | o NICOLAVS 5. Sarranenſis, Ioanne Paleologo, & poſt eum Conſtantino 11. Dragoſe cognomẽto, fratre Ioannis, & vltimo Chriſtiano Cõſtãtinopolitano Imp. Amurate 2. & eo mortuo, Mechmete ſeu Mahomete 2. eius filio Turcor. 11. Imperatore, Friderio 3. Occident. Imperat. Carolo 7. Francorum Reg. | 8 | | 19 |
| | | | *Vacat* | | | 4 |
| 5537 | 1449 | | CONCIL. *Gallicanum, Lugduni celebratum iuſſu Caroli Regis, ad tollendum ſchiſma inter Nicolaum & Felicem, qui rogatus à Concilio & Friderico 3. Imperatore, liberè ceſſit Pontificatu: vnde vulgò de eo ferebatur carmen,* *Lux fulſit mundo, ceſſit Felix Nicolao.* *Ioan. le Maire.* | | | |

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5543 | 1455 | 217 | p CALIXTVS 3. Hiſpanus Valentinus, Mechmete ſiue Mahomete 2. Turcorum & Conſtantinopolitano Imperat. Friderico 3. Occidentis Imper. Carolo 7. Frãcorum Rege | 3 | 3 | 16 |
| | | | *Vacat* | | | 17 |
| 5546 | 1458 | 218 | q PIVS 2. Senenſis, Mahomete 2. Turcorum & Conſtantinopolitano Imperat. Friderico 3. Occidẽt. Imperat. Carolo 7. & Ludouico 11. per ordinem, Franc. Regg. | 5 | 11 | 26 |
| | | | *Vacat* | | | 16 |
| 5547 | 1459 | | CONCILIVM (*ſiue conuentus*) *Mantuanum celeberrimum cõtra frequentes Turcorum incurſiones, ex omnium gentium Europæ legatis & Principibus collectum à Pio 2. PP. qui cùm eo in Concilio præeſſet, ſua oratione omnium animos vehementer affecit ad bellum gerendum contra Turcos. Sed graſsãtibus vbique inteſtinis bellis quorundam inuidia diſceſſum eſt à Concilio ſine vllo profectu, menſe poſtquàm eò ventum eſt 8. Plati. Mathias Palmer. Pius epiſtol. 397. Chalcocond. lib. 8.* | | | |
| | | | *Gallicanum Aurelianenſe, iuſſu Ludouici 11. coactũ, ad tollendã Pragmaticam Sanctionẽ, et Annatas Beneficiorũ. Sed mox rebus indeciſis diſſoluitur indicto in aliud tempus Lugdunenſi Concilio, quod nullum fuit. Gaguin. lib. 10. Ioan. le Maire.* | | | |
| 5552 | 1464 | 219 | r PAVLVS 2. Venetus, Mahomete Turcorum & Gręco- | | | |

illam nomine dotis Aleonoræ vxoris (vt diximus) acceperat an. 1153. & poſt annos 222. quàm Henricus tertius eandem à Philippo Auguſto Francorum Rege Ioanni eius patri paulò ante ademptam receperat. Polyd. lib. 23. hiſtor. Anglic. Anno 1453. Burdegala & aliquot vicina oppida ad Ioannem Talbotũ Anglum Comitem Salopienſem deficiunt, ſed eodem anno recuperantur à Carolo 7. poſt cædem Talboti & multorum Principũ Anglorũ, qui in pugna ad Caſtellionẽ apud Petragorios ceciderant. Polyd. ibidem. Gaguin. lib. 10. Ita ceſſauit per multos annos bellum inter Frãcos & Anglos, qui tunc ita exacti ſunt è Francia, vt nihil poſſiderent in Gallia præter Caletum & aliquot vicina loca. Dehinc ciuilia bella per annos aliquot in Anglia & Gallia regnarunt.

p Feſtũ Transfigurationis IESV CHRISTI inſtituit ad 8. Idus Auguſti ob victoriã de Mahomete Turca anno 1456. eo die acceptam ad Belgradum vel ad Taurinum oppidum, quod nunc Albam vocant. Mathias Palmer.

Nicolaus Dorbellanus, Ioannes Bononienſis archidiaconus, Ioannes Hagen de Indagine, Ioannes Capgraue Anglus, S. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus, S. Laurentius patriarcha Venetus, Ioannes Sabinenſis Epiſcopus, Godeſchaldus Hollẽſis, Iacobus Chryſopolitanus Epiſcopus, AEgidius Cameracenſis decanus, Theologi.

q Prius dicebatur AEneas Syluius, fuitq; vir bonarum artium peritiſſimus, ſcripſit enim complures libros: profectionem contra Turcos cùm indixiſſet, præuentus morte non potuit perficere. Platin.

Scribarũ breuiatores primus creauit, qui poſtea à Paulo 2. exauctorati, à Sixto 4. denuò recipiuntur. Polydor. de inuent. lib. 8. cap. 2.

Stephanus Bruſleferius, Nicolaus de Cuſa Brixienſis Epiſcopus & Cardinalis, Albertus Babembergenſis canonicus, Henricus Herphius, Theologi.

Laonicus Chalcocõdylas Athenienſis hiſtoriam de origine ac rebus geſtis Turcorũ, quæ ab anno Chriſti circiter 1300. ad hæc ſua tempora .i. ad annum 1462. contigerunt, libris decem eſt complexus.

Ludouicus Francorum Rex per legatos miſſos ad Pium 2. liberam Eccleſiæ & Pontificis Regno obedientiam præſtitit: abrogationem Pragmaticæ Sanctionis, & magna in Turcos auxilia pollicetur. Mathias Palmer. in Chron. At Senatus Pariſienſis non potuit adduci, vt pragmaticam legem tolleret. Gaguin. lib. 10.

Gregorius Schanderbegus Epirotarum Rex vir bellicoſus, ſtrenue in Græcia Turcis reſiſtit. AEneas Syluius in deſcriptione Europæ, cap. 15. Volat. lib. 8. Barletius libros 13. de eius vita reliquit.

r Georgium Bohemiæ Regem publico cõſiſtorio hæreſi damnatum, Regno priuauit. Palmer.

Ordo Minimorũ IESV MARIAE (quos Franci vocant Bonos homines) ſumit origi-

nem à S. Frāciſco de Paula (quem Leo PP. adſcripſit inter Sanctos) Siculo. Volater. lib. 21. poſteà confirmatur per Sixtum & Iulium 2.

Henricus Gorricanus, Landulphus, Dionyſius Ricelius Carthuſianus, Nicolaus de Vuachenheim Heidelbergenſis, Guilelmus Vorillonius, Theologiæ profeſſores.

Baptiſta vel Bartholomeus Platina hiſtoriam Pontificum in hoc Paulo 2. à quo in carcerem truſus eſt terminauit.

Mahometes 2. Turcorum 11. Imperator duo Imperia Conſtātinopolitanum & Trapezuntinum euertit: Regna 12. Chriſtianis ademit: cœpit 200. vrbes: Chalcidem inſulam armis, & Scodram deditione Venetis extorſit: Rhodum oppugnauit: Italiā capto Hydrunte inuaſit: in bellis quæ geſſit pluſquam 300. hominum millia periiſſe compertum eſt. Egnatius lib. 3. Iouius hiſtor. de reb. Turcicis. Obiit an. 1481. & Imperii ferè 32. ætatis 53. à capta Conſtantinopoli anno 27. menſe 11. die 5. Iouius & Palmerius in Chron.

Ludouicus 11. Francorum Rex ordinem Equitum D. Michaelis inſtituit an. 1469. cuius aureum inſigne quòd Franciſcus Dux Britanniæ recuſaſſet, ipſe exercitum mittit contra Britones, ſed mox reconciliato Duce cum Ludouico omnia inter ipſos fuerūt pacata. Gaguin. lib. 10.

s Iubileum ad annos 25. reduxit. Cap. 4. de pœnitētiis & remiſ. in Extrauag. Comm. Feſtum Conceptionis D. Virginis confirmauit, cum approbatione officii eius diei. Cap. 1. de reliqu. in Extrauag.

Guilelmus Hilacenſis, Rodoricus Samorēſis Epiſcopus, Iacobus Gruytrodius, Ioānes Tinctorius, Ioann. Betſius, Alexander Arioſtis, Nicolaus Deniſius, Michael Mediolanenſis, Henricus Arnoldi Carthuſianus, Paulus Corteſius, Bernardus Decanus Moguntinus, Theologi.

Tubigenſis Academia auctoritate Apoſtolica inſtituitur à Comite Vuitembergenſi. Naucler.

Ioannes de Monte Regio ſummus Mathematicus auditor Purbachii, Rudolphus Agricola, (qui obiit an. 1485.) Pomponius Lætus, Ambroſius Calepinus, in literis humanioribus excellentes.

An. 1479. Heluetii primùm à Rege ſtipendium accipiunt, ſublato ordine Francorum ſagittariorum (hos Carolus 7. inſtituerat. Gaguin. lib. 10.) quòd latrociniis & rapinis vacarent. Naucler. in Chron.

Ludouicus Francorum Rex inſtituit vt hora meridiana (ſicut mos erat ad veſperam) ad pulſum campanæ quilibet è populo Virginem ſalutaret Angelica oratione, obtinendæ publicæ pacis gratia. Gaguin. libro 10. Id primùm fieri cœptum eſt anno 1472. primo die May. Mater hiſtoriarum. Fuit vir ferox verſatili ingenio, & oſor literarum vt qui nollet filium ſuum Carolū plus diſcere latinæ linguæ, quàm illa quinque verba, Qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare. Primus preſſam nobilitatē ſeruire

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | rum Imperatore, Friderico 3. Occidentis Imperatore, & Ludouico 11. Franc. Rege | 6 | 10 | |
| | | | *Vacat* | | | 11 |
| 5559 | 1471 | 220 | s SIXTVS 4. Sauonenſis, Mahomete & poſt eum Baiazete 2. Turcico Imperatore, Friderico 3. Occident. Imperatore, Ludouico 11. Franc. Reg. | 13 | | 5 |
| | | | *Vacat* | | | 15 |

coëgit,

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5572 | 1484 | 221 | t INNOCENTIUS 8. Genuenſis, Ligur, Baiazete 2. Turcico Imperatore, Friderico 3. Occidentis Imperat. & Carolo 8. Francorum Rege | 8 | | 26 |
| | | | *Vacat* | | | 22 |
| 5580 | 1492 | 222 | v ALEXANDER 6. Valentinus Hiſpanus, Baiazete 2. Turcico 12. Imperatore, Friderico 3. & poſt eũ Maximiliano | | | |

coëgit, ſe populo formidabilem præbuit:eũ tributis & vectigalibus plus vexans quàm priorum Regum quiſquam alius, ita poſteris Regibus viam muniens ad nimiam potẽtiam & opes, vnde dicitur primus emancipaſſe Reges Frãciæ:primus adſignauit equis curſoriis (quos poſtas vocamus) diuerſoria & ſtathmos:Statuerat,niſi morte preuentus fuiſſet, morẽ & ius vnum lingua vulgari & breui libello compreheſum per totam Galliam conſtituere, ad hæc pondus vnum & mẽſuram. Vide eius hiſtoriam, quam Scandaloſam vocant, & Philip. Cominium. Calixtus PP. fertur antea ſtatuiſſe, vt ad meridiem poſt pulſum campanæ fierent preces pro Chriſtianis pugnantibus cõtra Turcos.

Carolus Burgundiæ vltimus Dux occiſus eſt ad Nancium an. 1476. pridie Id. Ianuarii (alii volunt Nonis) à Renato Lotharingiæ Duce fines ſuos recuperante. Gaguin.lib.10. Is fuit exitus triumphorum & deliciarũ domus Ducum Burgundionum.

Facto Regũ Franciæ & Angliæ congreſſu ad Pinguiniacum oppidũ Ambianorum an. 1475. induciæ inter eos conſtitutæ ſunt ad aliquot annos (Gaguin.ait 7.alii 9. Polyd.in multos annos) Gaguin.lib. 10.Polyd.lib.24. Anglic. hiſtor.

t Baptiſta Trouomala ſcriptor Roſellæ caſuum, Gabriel Biel monachus Germanus, Angelus de Clauaſio auctor Summæ Angelicæ, Vuernerus Vueſtphalus Carthuſianus, Rupertus Epiſcopus Aquilanus, Guilelmus Textor, Nicolaus Salicetus abbas, Ioan. Lapidanus, Ioa. Teſſeranus, Theologi.

Albertus Krantius Bambergẽſis, Ioannes Trithemius abbas Spanheimenſis, Matthias Palmerius Piſanus, inſignes hiſtorici. Marſilius Ficinus, Baptiſta Mantuanus poëta & carmelita, Iouianus Pontanus, Philippus Beroaldus, viri ſumma eruditione clari.

Ferdinandus Magnus Hiſpaniæ Rex an. 1487. (alii 1492.) Mauris ſiue Sarracenis ademit Regnum Granatæ, ſiue Beticum, quod, vt dixi, ipſi 800. ferè annos occupauerant. Hinc ſortitus eſt à Roman. Pontifice cognomentum CATHOLICI. Idem 124. (alii 120.) millia familiarum Iudaicarum Hiſpania expulit, nec eis permiſit aurum vel gẽmas Regno exportare. vide Pontanum de bello Ferdinandi.

Doriphori (quos Lantznecthos vocant) tunc primùm exorti ſunt in Germania.

Ducatus Britanniæ Regno Franciæ acceſſit nomine dotis Annæ hæredis Britanniæ, quam, repudiata Margarita vxore, Carolus 8. vxorem duxit, licet ipſa per legatum nupta iam eſſet Maximiliano Auſtriæ Archiduci. Naucler. Gaguin.lib.11.Chron.Franc.

v Ordo pœnitentium mulierum ex proſtitutis, cœpit Pariſiis prædicatione Ioannis Tiſſerani Minoritæ an. 1494. Continuatio Palmerii, Volater.

Ioannes Mederus, Ioannes Dalburgius, Georgius Florus Baldinus, Petrus Galatinus, Guilelmus Pepinus, Baptiſta à Satis, Ioannes Keiſerſpergius, Hieronymus Sauanarola, Theologi.

Anno

An. 1493. cœpit expeditio Francorũ pro acquirendo Regno Neapolitano, contra Alphonſum Regem: Carolus Rex Franco. ſtatim illud Regnum obtinuit, ſed ann. proximo ab eo ad Ferdinandum Alphonſi filiũ defecit.

Morbus ſacer ſub primum deſcẽſum Frãcorum in Italiam primùm cœpit agnoſci in Europa, & propterea dictus eſt Gallicus, & Neapolitanus, Hiſpani Arragonenſes vocant eum Morbum S. Sementi, Granatenſes Curialẽ, Franci vocãt groſſam verolam.

An. 1494. obierunt tria literariæ reipublicæ lumina, Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileienſis, Angelus Politianus vir eloquentiſſimus, & Ioan. Picus Mirandulæ Comes ſummus Philoſophus. Continuat. Palmerii.

Ioan. Nauclerus Tubingenſis, Hermannus Schedellius, Baptiſta Egnatius, Raphaël Volaterranus, Franciſcus Irenicus, Iacobus Vuimphelingius, Polydorus Virgilius Anglus, Ludouicus Patricius, Antonius Sabellicus, hiſtorici celebres. Sebaſtianus Brand, Georgius Valla, Iodocus Badius, viri docti.

America regio, hoc nomen ab Americo Veſputio eius primo exploratore ſortita, inuenta eſt an. 1497. ex mandato Regis Caſtiliæ. Propter eius magnitudinem quarta pars vniuerſi orbis & nouus mundus appellatur. Paul. Venetus de nouo orbe.

Parlamentum Rothomagenſe Scacarii loco inſtituitur, an. 1499. Cal. Octobr.

An. 1500. quidam Iudæus nomine Lemlen impoſuit Iudæis quibuſdam (credo in Germania) ſe eſſe verum Chriſtum, quem expectabant. Ioan. Iſaac ſuper epiſtolam R. Moſis filii Meimon, quã ipſe ex Hebręo in Latinum conuertit.

Iſmael Sophis ex Aſſuncaſſani filia progenitus Mahometanã legem nouis interpretationib⁹ exponẽs, nouam religionẽ introduxit, atque ea via Perſiæ Regnum occupauit. Paul. Iouius.

x Hic PP. Bononiam expugnauit: Seruiã, Rauennam, Fauentiam, Forumliuium & reliquas Eccleſiæ terras à Venetis occupatas vi obtinuit: Mirandulam & Mutinam cœpit. Paul. Ioui. & Continuatio Palmerii: Gallos opera Heluetiorum è tota Italia expulit, vnde à nõnullis ei tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ. Surius in hiſtor.

Vniuerſitas Francofordienſis approbãte Iulio PP. inſtituitur an. 1506. ab electore Ioachimo Brãdeburgenſi Marchione. Mõſt.

Florent doctiſſimi viri, Ioan. Reuchlinus Capnion (qui primus eo tempore cœpit Hebraïcam linguã in Germania profiteri) Marcus Marulus Spalatenſis, Iacobus Faber Stapulenſis, Deſyderius Eraſmus Roterodamus (obiit an. 1536. ſeptuagenarius) Sylueſter Prierius Dominicanus Italus.

Gallus & Pontifex vario Marte congrediuntur in Italia. Paul. Ioui. Vnde Rex Ludouicus & Maximilianus Imper. curant haberi Conciliũ, quod nunquam fieri potuit, Pontifice reclamante in contrarium.

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Occident. Imper. Carolo 8. & Ludouico 12. ex ordine Franco. Regibus | 11 | | 8 |
| | | | *Vacat* | | 1 | 4 |
| 5591 | 1503 | 223 | PIVS 3. Senenſis, Baiazete 2. Turcorũ Imperat. Maximiliano Occid. Imperatore, Ludouico 12. Frãcorum Reg. ſedit an. | | | 16 |
| | | | *Vacat* | | | 24 |
| 5591 | 1503 | 224 | x IVLIVS 2. Genuenſis. Baiazete 2. & poſt eũ Selimo 1. Turcorum 13. Imper. Maximiliano Occid. Imperat. Ludouico 12. Franc. Reg. | 9 | 3 | 12 |
| | | | *Vacat* | | | 17 |

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5598 | 1510 | | CONCIL. *Gallicanum Turonēſe, omnium Epiſcoporum Galliæ, & plurimorum doctorum tā Theologiæ quàm iuris Canonici, pro Rege Franciæ contra Pontificem Romanum. In quo decretum eſt vt mitterentur ad PP. legati qui cum eo de pace agerēt, vel ſi ipſos nollet audire, cum prouocarent ad conuocandum generale Concilium. Chron. Franc.* | | | |
| 5599 | 1511 | | *Piſanum, coactum à Maximiliano Imper. & Ludouico Rege & quibuſdā Cardinalibus, contra Iulium PP. poſteà tranſlatum eſt Mediolanū, deinde Lugdunū: ſed fuit ſine profectu & vllo exitu, interueniente morte Iulii Papæ. Chron. Franc.* | | | |
| 5599 | 1511 | | DECIMVM NONVM *Concilium œcumenicum Lateranenſe indictum eſt à Iulio PP. contra Concilium Piſanum, contra Turcos, & pro reformatione Eccleſiæ, ſed ipſius morte eſt interruptum, & poſtea continuatum & abſolutum à Leone 10. PP. anno 1517. 17. Calend. April. Sleidanus lib. 1. & Surius.* | | | |
| 5601 | 1513 | 225 | y LEO 10. Florētinus (prius dictus Ioānes de Medicis) Seli- | | | |

Baiazetes 2. Turcorum duodecimus Imperat. venenato pharmaco, ſibi iuſſu Selimi filii per Iudæum quendam medicum parato, interiit an. 1512. poſtquam Imperio præfuiſſet 31. annis, quibus Valachiam & Mocaſtrum (hodie Neper) ac Lithoſtomum oppida ſubegit, contra Caitheum Sultanum AEgyptium copias miſit (tunc Turci tātam ab illo Sultano ſtragem acceperunt, vt nullam vnquam maiorē tulerint) Venetis Lepantum (antiquis Naupactum) & Methonē vrbes ademit: Gallos ſe aggreſſos fugauit: fœdus iniit cum Venetis, quod durat in hodiernum diem: ferrum lanceæ, quæ Chriſti latus aperuit, ad Innocentium 8. PP. per Muſtapham Baſſam Viſirū dono miſit. Paulus Iouius. lib de reb. Turci.

Anno 1510. 8. Idus Februarii circa horam noctis ſecundam Paulus *Form* in Marchiæ Brandeburgenſis villa *Knobloch*, è templo ſubreptam thecam argenteam & inauratā, qua Euchariſtia conſeruabatur, cum ſacra hoſtia vendidit cuidam Iudæo, qui poſt multos ictus pugionis vidēs eam integram permanere, ira excandeſcens, Si tu es (inquit) Deus Chriſtianorū te ipſum manifeſta: mox hoſtia in tres partes diuiſa maduit ſanguine per oras. Eo territus Iudæus, poſtquam illas particulas pāno inuolutas apud ſe detinuiſſet, miſſis duab⁹ ad duos alios ſuæ factionis, tertiā iterum pugione confodit, ſicq; denuò ſanguinis guttulę dimanarūt. Tūc timens ne ſcelus proderetur, eam abſumere voluit, ſed cùm non poſſet, proiecit in flumen, dein illa enatante, in ignem: demum cùm intacta eſſet, commiſcuit azymo, ac vbi furno impoſuiſſet, ille alioqui obſcurus reſplenduit, & maſſula azymi, cui tertia illa particula erat immixta, in Iudæi faciem inſiliit. Itaque re cognita Paulus *Form* forcipibus diſcerptus eſt, & in cineres redactus: Omnes Iudæi illius Marchiæ carceribus incluſi ſunt Burlini, ex quibus habita quæſtione cū inter alia flagitia faterētur ſe ſeptem Chriſtianorum infantes acubus & punctionibus peremiſſe, eorum 38. (al. 40.) flammis traditi ſunt, & duo, qui petierunt baptizari ante mortē, capite plexi ſunt. Suri. in hiſt. & Hiſtoria rerū memorabil. &cæ. conuerſa à Pontano lib. 1.

y Anno 1517. PP. promulgauit per vniuerſam Chriſtianorum ditionem remiſſionem omnium peccatorum iis, qui ſua bona in expeditionem Turcicam erogarent, quæ Cruciada vocabatur. Eius rei cura in Germania Alberto Moguntinenſi Epiſcopo à PP. demandatur, qui elegit Ioannem Tetzellium Dominicanum: quod ita offendit Auguſtinianos, maximè Staupitium ordinis generalem per Germaniam genere clarum ac diſertum, Martinum etiam Lutherum, vt ipſe contra tales indulgentias eodem anno tonare cœperit, fretus Friderico Saxoniæ Duce, quem ſuarum partiū reddiderat: 95. propoſitiones edidit quibus oppugnabat indulgentias: contrà Tetzellius alias 106. Luteranis planè contrarias. Ex hac lite ortum eſt illud LVTHERANAE hæreſeos incendiū, quo tota penè Europa conflagrauit. Surius in ſua

in ſua hiſtoria. At Sleid. lib. 1. paulò aliter.

Ioannes Eckius, Fridericus Nauſea, Iacobus Latomus, Syluester Prieras, Ioa. Cochleus, Iacobus Sadoletus, Huldrichus Huttenus eques Germanus, Ludouicus Berus, Langdailus Anglus, Ioan. Arboreus Londinenſis, Ambroſius Catharinus, Thomas de Vio Caietanus Cardinalis, Ioan. Fiſcherius Roffenſis Epiſcopus, & Thomas Maurus eques, Angli (hi duo pro tuenda religione, & quòd nollent ſecundas nuptias Henrici 8. priore viuente, approbare, mortem obierũt ann. 1535.) Iodocus Clictouęus, viri doctiſſimi, & fidei defenſores.

Martinus Ludderus ſiue Lutherus Saxo (ferunt eum ex incubo natũ. Cochl. de acti. Luth.) monachus Auguſtinianus, cũ ſuis ſequacibus hæreticus pronuntiatur anno 1518. (alii 1520.) 6. Calend. Auguſti. Carion lib. 3. An. 1520. Louanienſes & Coloniẽſes Theologi multos ipſius libros dignos flãmis decernunt, qui in Germania eodem anno ex mandato Imperatoris & Leonis PP. combuſti ſunt. Sleid. lib. 20. Anno ſequente Pariſiẽſes Theologi damnarunt hæreſi eiuſdem ſcripta: Carolus 5. eum proſcripſit. Ipſe dum eſſet in exilio ſcripſit librum de abroganda miſſa priuata (ad quã abolendã ſe ratiocinationibus diaboli perſuaſũ fuiſſe gloriatur in lib. de Miſſa angular.) ad fratres ſuos Auguſtinianos Vuitẽbergenſes, qui primi omniũ miſſas abrogarãt, quos hortatur vt in eo incœpto etiam contra conſcientiæ (ô vox impia) accuſationem perſiſtant, ſicut & ſe in quibuſdã feciſſe ait. Sleid. lib. 3. Suri. in hiſto. Tamen poſtea Lutherus factum Auguſtinẽſium publicis concionibus reprobauit. Suri.

Omnes in Regno Granatæ aut Chriſtiani fieri aut Regno exire coguntur. Regnum Magnicongo in Africa, Regi Luſitaniæ fœderatum fidẽ Chriſti ſuſcipit. Cõtin. Palme.

Franciſcus Valeſius Dux Engolimenſiũ literarum inſtaurator, Rex Frãcorum inauguratur an. 1515. Sequente an. expeditione in Mediolanũ ſuſcepta ad 15. horas cum Heluetiis pugnans victor euadit, Mediolanum recipit, fœdus cum Heluetiis iniit certa pecuniæ, quæ ſingulis annis illis penſitatur, pactione: cum Leone PP. conciliatur: ius creãdorum præſulum conuentibus ſacerdotum & monachorum adimit & ſibi vendicat. Tili.

Henricus 8. Anglorum Rex, quòd librum plenum pietatis & eruditionis cõtra Lutherum ſcripſiſſet, meruit titulũ DEFENSORIS FIDEI, ſibi & ſuis poſteris à Leone Pontifice conceſſum. Sleid. lib. 3. Georgius Lilius in Chron. Anglor.

Ferdinandus Hiſpaniæ Rex nullo meliore iure, quàm quòd ſibi vtile & commodum eſſet, Regnum Nauarræ, expulſo Ioãne Albreto occupat anno 1513. Ioan. Tili.

Anno 1516. abrogata eſt in Galliis Pragmatica ſanctio, & Concordata (vt vocant) ſubſtituuntur, fremente vniuerſo clero. Ioa. Til. Carion lib. 3.

Anno 1519. ad 4. Non. Iul. cœpta eſt diſputatio Lipſica in aula Georgii Ducis Saxoniæ inter Ioan. Eckium, Lutherum, & An-

| *An. ab orb. cõdito.* | *An. à Xpo nato.* | *Num. Pontificũ.* | | *Ann.* | *Menſ.* | *Dies.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | mo 1. & Solimano eius filio per ordinem ſucceſsionis Turcorũ Imperatoribus, Maximiliano & Carolo 5. ex ordine Occidentis Imperatoribus, Ludouico 12. & poſt eum Franciſco 1. Valeſio Franc. Regibus | 8 | 8 | 21 |
| | | | *Vacat* | | 1 | 7 |

dream

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 6510 | 1522 | 226 | z ADRIANVS 6. Batauus Traiectenſis, Solimano Turcor. 14. Imper. Carolo 5. Occid. Imperatore, Franciſco 1. Valeſio Francorum Reg. | 1 | 8 | 6 |
| | | | *Vacat* | | 2 | 4 |
| 6511 | 1523 | 227 | a CLEMENS 7. Florentinus, familia Medicea, Solimano Turcorum Imper. 14. | | | |

dreã Caroloſtadium, in qua Lutherus iracundus, admonitus vt ſedatè ſe gereret, Neque (reſpondit ille) propter Deum hæc res cœpta eſt, neque propter Deū finietur. Durauit illud colloquium 11. dies. Hiſtoria rer. memorabiliū & cæ. conuerſa à Pontano, lib. 1. Surius in ſua hiſtor. & multi alii.

Eodem anno Vlrichus Zuinglius cœpit Tiguri oppugnare indulgētias, & poſteà an. 1524. Berengarii hæreſim refricare vnà cum Oecolampadio propoſitis 47. articulis ſuæ doctrinæ, (Surius. Sleid. lib. 1.) cuius probationes, ſaltē quoad precipuū caput, de cœna; in ſomniis à quodam monitore ſpiritu (ater ne an alb⁹ fuerit ignorat) Idib. April. ſe acce piſſe gloriatur, in lib. Subſidii de Euchariſt.

An. 1521. cœpit bellum funeſtiſſimum inter Carolum Imperatorem & Franciſcum Francorum Regem. Durauit 38. an.

Selimus Turcorum 13. Imperator, poſtquam debellato Sophi Perſidis, & Capſone ac Tomombeio duobus, per ordinem, AEgypti Sultanis in prælio cæſis, ſuo Imperio adiecisſet AEgyptū & Arabiam, obiit an. Chriſti 1520. & ſui Imperii an. 8. Paul. Iouius lib. de reb. Turci.

z Erat vir doctiſſimus & moderatæ vitæ, olim Theologus Louanienſis, præceptor Caroli 5. Imperatoris, & nomen, quod antea habebat, retinuit.

Solimanus Turca vrbem Belgradum Hungariæ propugnaculum, & Rhodum inſulam 7. menſe obſidionis cœpit. Sleidanus lib. 3. & Suri. in hiſtor.

Seditio Vuitembergenſis propter Caroloſtadium, qui concitarat plebem ad imagines ſanctorum è templis eiiciendas, cui conatui reſtitit Lutherus. Sleid. lib. 3.

Cœpit clam gliſcere ſecta Anabaptiſtarū in Saxoniæ partibus: eorum opinioni ſubſcribebat Caroloſtadius, vt aiunt Lutherus, Sleid. lib. 3. & 5. & Melanthon in comment. ad Coloſſ.

a An. 1524. ſecta Lutheranorum cœpit diuidi in Zuinglianos, qui tropum in verbis Sacramenti Euchariſtiæ inducunt; Caroloſtadianos, qui particulam, HOC, in verbis cœnæ Chriſtum ipſum menſæ aſſidentem monſtrare dicunt (hanc opinionem amplexati ſunt Anabaptiſtæ) & Lutheranos qui in, cum, vel ſub pane Corpus Chriſti eſſe aſſerunt. Surius in hiſtor. Lauatherus in hiſtor. controuerſiæ Sacramentariæ.

An. 1525. Caroloſtadius Archidiaconus Vuitembergenſis, qui paulò ante primus omnium ſacerdotum noſtri ſeculi vxorem duxerat Vuimtemberge, operâ & ſtudio Lutheri è tota Saxoniæ Ducis ditione profligatur. Surius. Sleidanus lib. 5.

Ruſticanum bellum pernicioſiſſimum & ſæuiſſimum cōtra Clerum, Principes & Magiſtratus initū prætextu libertatis Euangelicæ, cœpit aduerſus Comitē Luphium Sueuum, anno 1524. menſe Nouembri. Serpſit per totam ferè Germaniam, Alſatiam & Sueuiam anno 1525. quo Thomas Muncerus ſiue Monetarius, Cœleſtium Prophetarum hæreſiarcha, infinitam turbam ruſticorum ad ſeditiones concitauit, qui 200. arces & monaſteria in vna Franconia incenderunt: quique ad 130. millia (al. 150. millia, vt eſt in vita Clemētis PP.) in acie ceciderunt. Hic fuit exitus belli Ruſticani, quod intra vnū

menſem Maium maiores cædes & vaſtitates attulit Germaniæ ſuperiori, quàm bellum decennale Hiſpanorum & Gallorum per id tempus Italiæ. Sleid.lib.4.& Sur.in hiſtor.

Bernardus Lutzemburgus, Franciſcus Titelmanus minorita Louanienſis, Ioann.Faber Viennenſis Epiſcopus, Laurentius Campegius Cardinalis, Thomas Murnerus, fidei propugnatores inuictiſſimi.

An. 1525. Lutherus ducit in vxorem Catharinam Boram ſanctimonialem olim virginem. Sleid. lib.5.Sur.in hiſtor.

Secta Anabaptiſtarum anno 1527. vigere cœpit. Sleid.lib.6. Eorum auctor variè refertur: alii volunt eſſe Thomā Muncerū. Sleid. li.10. alii, vt Echius cōtra confeſſio. Zuinglii, Baltazarē Pacimontanum, alii, vt Eraſmus Alberus, Caroloſtadium, alii, vt Antonius Coruinus, Zuinglium, alii, vt Staphylus, Bernardum Rotman, alii, vt Lind. Nicolaū Stolkium, ipſi ſe à Luthero originē trahere gloriātur, ob eius epiſtolā ad Vualdenſes, in qua ait melius eſſe omittere baptiſmū, quā pueros ſine fide .i. non credentes baptizare.

Tunc quidam Anabaptiſta Sangalli oppido Heluetiorum, fratri ſuo germano caput præcedit, preſente vtroque parente, quibus perſuaſit (ô cæcitas!) id ſibi diuinitus imperatum; ſed à magiſtratu comprehēſus eandem pœnam & ipſe luit. Sleid.lib.6. Suri. in hiſtor. Gilbert. Cognat. in narrat. tragica.

Hoc ipſo anno decreta fuit apud Bernates Heluetios valdè pernicioſa diſputatio Catholicorum cum Zuinglianis, ſed nullus Catholicorum voluit adeſſe (quòd Senatus Bernenſis leges diſputationis ipſis iniquas præſcripſiſſet) præter Conradum Tregerū prouincialem Auguſtinianum. Finita diſputatione an. 1528. 7. Cal. Ianuar. mox apud illos & aliquot vicinos, inter quos numerātur Geneuenſes, Miſſæ, aræ, & imagines deturbatæ & demolitæ fuerūt. Dies & annus abolitæ antiquæ Catholicæ religionis aureis literis in columna inſcriptus eſt, vt teſtimoniū apud poſteros extaret ſempiternum. Surius in hiſtor. Sleid. lib.6.

Anno 1529. acta fuerunt comitia Imperii Spiræ multis de cauſis, maximè de expeditione contra Turcos, & pace religionis. Tunc natum eſt Proteſtantium nomen, eorum, qui proteſtātes ſe quibuſdam decretis eius conuentus, ſalua conſcientia, ſubſcribere non poſſe, prouocarunt ad Imperatorem. Sleid.lib.6. Suri. in Hiſtor.

Eodem anno iuſſu Philippi Haſſiæ Landgrauii fit conuentus Marpurgenſis, vt Lutherani & Zuingliani inter ſe agerēt de cōcordia religionis: ſed, cùm decreuiſſent vt à ſcriptis famoſis vtrinque abſtineretur (quod Melanthon violauit anno proximo) re infecta diſceſſum eſt, Luthero recuſante Zuinglianos fratrum loco habere, licet plurimū hortaretur Landgrauius, & Zuinglius palàm cum lachrymis coram Landgrauio & omnibus rogaret, vt ſaltem frater dignaretur appellari à Lutheranis, vt refert ex Lutheri ſcriptis Brentius in append. & Suri. in hiſtor. Mox menſe Octobri iidem alteram diſputationē inſtituunt Suabachi: ſed cùm inter ſe conuenire non poſſent de cœna Domini, tertium colloquiū indicunt Smalcaldiæ ad Idus Decembris (alii ad menſ. Nouembris) ſed nihil ad concordiam confici potuit, quam tamen plerique eorum optabant, vt facilius ſuas

| *An. ab orb. cō dito.* | *An. à Xpo. nato.* | *Num. Pontificū.* | | *Ann.* | *Menſ.* | *Dies.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Carolo 5. Occidentis Imperatore, Frāciſco 1. Valeſio Frācorum Rege | 10 | 10 | 8 |
| | | | ***Vacat*** | | | 16 |
| 5615 | 1527 | | CONCIL. *Senonenſe prouinciale, ad reformationem morum & contra hæreſes. Finitur anno 1528. Tomo 4. Concil.* | | | |

vires

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5622 | 1534 | 228 | b PAVLVS 3. Rom. ex nobili familia Farneſiorũ, Solimano Turcorum Imperatore, Carolo 5. Occidentis Imperatore, Franciſco 1. & poſt eum Henrico 2. eius filio Francorum Regibus | 15 | | 29 |
| | | | *Vacat* | 2 | | 29 |
| 5624 | 1536 | | CONCIL. *Polonienſe, prouinciale præſide Hermãno Archiepiſcopo (qui poſtea in hæreſim lapſus eſt) ad reformationem cler. & de dogmatibus & cæremoniis religionis. Tom. 4. li. Concil.* | | | |

vires contra Imperatorem & Principes cõiungerent. Surius in hiſtoria. Lauatherus in hiſtoria controuerſiæ ſacramentariæ. Sleid. lib. 6. & 7.

Anno 1530. comitia Imperii Auguſtana celeberrima præſente Carolo 5. Imperat. in quibus Lutherani, Proteſtantes dicti, ſuã confeſſionem (quam Melãthon compoſuerat) lingua Latina & Germanica ſcriptam obtulerunt, quam, licet poſtea ſępe auctam, emendatam & adulteratam, multi Lutheranorum tanti faciũt, vt malint de Pauli (ait Ioan. à Laſco in Epiſtola ad Regẽ Poloniæ) quam de ipſius doctrina dubitare. Zuinglianorum etiam quatuor vrbes, Argentoratũ, Conſtantia, Meminga, Lindauium, ſuam confeſſionem ab altera longè diuerſam, in eo conuentu exhibuerũt. Suri. in hiſt. Sleid. lib. 7. Lauatherus in hiſtor. controuerſiæ Sacramentariæ.

An. 1531. 5. Idu. Octobr. an. ætatis ſuæ 48. Zuinglius occubuit in prælio quod Catholici (qui tamen erant numero & apparatu bellico inferiores) Quinquepagici Heluetii, cõtra Zuinglianos Tigurinos & eorum ſocios gerebant: eius cadauer poſtea exuſtum eſt. Sleid. lib. 8. Surius in hiſtor.

Menſe Nouembri proximo (alii aiunt triduo poſt mortem Zuinglii) obiit Oecolampadius, ſiue ab vxore in lecto extinctus, vt quidam aiunt, ſiue ignitis Satanæ telis & haſtis confoſſus, vt ſcribit Lutherus lib. de Miſſa priuata, ſiue iuxta alios ſui ipſius ſuorumque manibus clàm peremptus. Lind. Dialog. 3. dubita. Zuinglio ſucceſſit Bullingerus, Oecolampadio Oſualſus Myconius.

An. 1534. coacta eſt ſynodus (ſic ipſi vocabant) Conſtantienſis auctore Buccero, inter Lutheranos & Zuinglianos, in qua fruſtra laboratum eſt de concordia & pace. Lauather.

Soleimanus Turco. Imper. an. 1526. Vngariam igne & ferro vaſtat, Budam diripit, Ludouico Rege Vngariæ cum exercitu cæſo, Viennam obſidet. Idem poſtea an. 1532. alteram faciens irruptionem in Vngariam & Auſtriam, per 20. dies oppidulum Huns (iã à Turcis 13. oppugnatũ) fruſtra obſidet. Iouius lib. 23. & 28. Carion. lib. 3.

Anabaptiſtæ Monaſterienſes an. 1535. vi homines ad ſuam hæreſim compellentes, Ioannem de Leiden ſartorem Regem eligunt, Clerum & Magiſtratus pellunt. Tandem ſumptu & opera Epiſcoporum, & Ioannis Friderici Saxonis electoris extirpantur. Sleid lib. 10. Suri. in hiſtor.

Franciſcus 1. Francorum Rex, Guilelmo Budæo & Ioanne Bellaio hortantibus, Lutetiæ Regios publicos profeſſores primò in literis Hebraicis, Græcis & Mathematicis artibus, honeſtis ſtipendiis inſtituit. Poſteà auctore Petro Caſtellano anagnoſte ſuo alios in literis Latinis, Medicina, & Philoſophia adiunxit. Carion lib. 3. & Ioa. Tili. in Chron.

Catharina ex iuniore Laurentio Medice neptis Pontificis deſpondetur Henrico Valeſio ſecundo Regis filio, apud Maſſiliam vrbem anno 1533. Interfuit nuptiis Clemens PP. Præter materna oppida in Aruernis, 100. millia aureorum cum vnionibus multiſque gemmis & præcioſa ſupellectile dotis nomine Henrico acceſſerunt. Surius in hiſtor. Sleid. lib. 9.

Ordo Sodalitatis diui amoris ſiue Theatinorum (poſteà hoc nomen ſortiti à Petro Carapha, qui factus PP. dictus eſt Paulus 4. Epiſcopo Theatino eam viuendi rationem ſuſcipiente) initium Romæ accepit. Diegho li. 1. orthodoxarum explicationum.

b Sacramentariorum ſiue Zuinglianorum ſecta in Gallia innoteſcit anno 1534. 15. Calend. Nouemb. ſparſis paſſim & affixis in aula Regia Lutetiæ famoſis libellis contra Euchariſtiæ ſacramentum. Ioan. Til. vnde grauiter animaduerſum eſt in hæreticos.

An. 1535. per Angliam facta eſt religionis funeſta mutatio, Henrico 8. Rege conniuẽte ob odium Pontificis, qui in eum ſententiam tulerat de diuortio Catharinæ materteræ Caroli Imperatoris.

Id enim grauiter ferens, ann. 1534. in publicis Regni comitiis ad 3. Nouembris, ſe caput Eccleſiæ Anglicæ dici, & ſibi eo nomine annatas beneficiorum, decimasq; perſolui iubet: monachos omnes exilio mulctat, eorum bona partim fiſco Regio, partim nobilibus addicens. Fecit & id genus alia multa, propter quæ PP. eum feriit publico anathemate, ac eius Regnum donauit primo occupaturo. Paul. Iouius. Georg. Lilius in Chron. Angli. Suri. in hiſtor. Sleid. lib. 9.

Zuingliani & Lutherani crebras ſynodos priuata auctoritate celebrant, in quarum nonnullis cùm de ipſorum cōcordia ageretur, nunquam potuerūt inter ſe conuenire. vide Ioachim. Vadianum libro 3. Aphoriſmorum.

Rotæ ſupplicium primùm in Gallia aduerſus Latrones decernitur an. 1535. menſe Decemb. Apend. Cario. & Ioann. Tillius.

Ioannes Hofmeiſterus, Iulius Pflugenſis, Georgius Vuicellius, Dominicus Soto, Petrus Lyſettus Abbas S. Victoris, Aloyſius Lypomanus Epiſcopus Veronenſis, Alphonſus de Caſtro, fidei Catholicæ propugnatores.

Obierunt Lutetiæ Guilelmus Budæus an. 1539. Tili. in Germania Ioannes Eckius & Albertus Pighius an. 1543. Suri. Lutetiæ Franciſcus Vatablus, Iacobus Tuſanus Regii profeſſores, an. 1546. eodē quidem die & anno ſed non eadē hebdomada: Beatus Rhenanus an. 1547. Andræas Alciatus Papiæ an. 1549.

Ex tribus præcipuis ſectis Lutheranorū, Zuinglianorum, & Anabaptiſtarum, Caluiniſtæ noui ſacramentarii, Antinomi, Stancariani, Seruetiani, Suencfelſdiani, Clancularii, vulgò fratres Hortenſes, Oſiādrini, Vbiquitarii, Trinitarii ſiue Deitæ (qui Trinitatem vocāt Cerberum tricipitem) & tot tamque pugnantes ſectæ & hæreſes hoc ferè tempore natæ ſunt, vt vix certus conſtet numerus. Quidam 52. alii 65. alii 90. numerant, at Hedio Zuinglianus epiſtol. ad Melanthonē conqueritur emerſiſſe errores ferè 128. quos tamē multi pro verbo Dei vēditant. Quales ſint Staphyl. in Apologia, Lindanus in dubitant. docent.

Henricus 8. Rex Angliæ an. 1539. egit cōuentum (Angli vocant Parlamentū) ordinū Regni, in quo inter alia de religione decreta contra Lutheranos, edicit primò in Euchariſtia ſub panis & vini ſpecie poſt conſecrationē eſſe corpus & ſanguinem Chriſti, nec amplius remanere ſuſtantias panis & vini: 2. communicare ſub vtraque ſpecie non eſſe omnibus neceſſe ad ſalutem, & ſub alterutra eſſe totum Chriſtum: 3. non licere nubere ſacerdotibus: 4. vota caſtitatis præſtanda: 5. miſſas priuatas retinendas: 6. confeſſionem auricularem eſſe ad ſalutem neceſſariam: iis qui ſecus docerent, vt hæreticis, ſuplicia grauiſſima cōſtituit. Sleid. lib. 12. Suri. in hiſtor. Talia decreta paulò poſt an. 1547. edicto publico abolentur ſub Edouardo Rege, & ferè eodem tempore Miſſa ibidem abrogatur. Sleid. lib. 19. & 20.

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificum | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 6533 | 1545 | | VIGESIMVM Generale Cōcilium Tridentinum præſidibus tribus Apoſtolicæ ſedis Legatis, præſentibus quibuſdā oratoribus Principum Chriſtianorum & circiter 24. Epiſcopis, celebratum contra hæreſes, abuſus, & corruptos mores tàm Laicorum quàm Clericorum. Bellis ingruentibus transfertur Bononiam an. 1547. licet Epiſcopi & Theologi Imperatorii manſiſſent Tridenti iuſſu Imperatoris. Tom. 4. Concil. Sleid. lib. 19. | | | |
| 6536 | 1548 | | Treuerenſe prouinciale, reformatorium, vt vocant, præſide Ioanne Archiepiſcopo Treuirenſe. Tom. 4. Conci. | | | |
| 5636 | 1548 | | Auguſtanum diocœſanum, ad reformationem Cleri, præſide Othone Cardinale Auguſtano Epiſcopo. Tom. 4. Concil. | | | |

| An. ab orb. cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5637 | 1549 | | *Treuerenſe alterum, eodem præſule.* Tom. 4. Concil. | | | |
| 5637 | 1549 | | *Moguntinum, prouinciale, de fide & moribus, præſide Archiepiſcopo cum ſuis ſuffraganeis.* Tom. 4. Concil. | | | |
| 5637 | 1549 | | *Colonienſe alterum prouinciale reformatorium, præſide Adolpho Archiepiſcopo.* | | | |

Ordo Societatis Ieſu inſtitutꝰ ab Ignatio Loyola Cãtabro qui fuerat olim Dux Hiſpanorum in arce Põpeiopolitana tunc obſeſſa à Gallis, à Paulo 3. PP. primùm approbatur an. 1540. & ab eodem confirmatur an. 1543. Poſt eum Iulius 3. Paulus 4. Pius 4. & Tridentinum Concilium ſeſſio. 9. ca. 15. eum ordinem iteru͂ confirmarunt Suri. in hiſtor. Diegho lib. 1. Orthod. explication.

Martinus Buccerus ex Dominicano primò Lutheranus, poſtea Zuinglianus, tãdem in magna Lutheranorũ ſynodo apud ædes ipſius Lutheri habita Vuitembergæ an. 1536. cum multis aliis à Zuinglianis ad Lutheri partes defecit (Func. in Chron. & Alan. Copus dialog. 6. Lauather. in hiſt. controuerſiæ Sacram. id etiam teſtantur eius ſynodi acta publicè edita) præcipuos duos errores Zuinglianorum reuocans, de baptiſmo paruulorum, quem negant eſſe neceſſarium, (hoc enim ipſe antea ſcripſerat in Math. cap. 3. Quoſdam infantes ſine baptiſmo æternam vitam conſequi, quoſdam licet baptizatos delabi in infernum) & de cœna, vt ipſe teſtatur in Comment. in Ioa. cap. 6. & Math. 26. vbi veniam precatur à Deo & Eccleſia, quòd multos Zuinglii hæreſi faſcinauerit. quam tamen anteà ſcripſerat in epiſtol. ad Norimbergenſes eſſe diuinitùs à Chriſto traditam, & Lutheri doctrinam eſſe nouam & cum ſacris literis pugnãtem: imò in epiſtol. ad Eſlingenſes vocauerat Lutheranos fanaticos, Suermeros, furioſos, &cæ.

Carolus Imper. celebrat an. 1541. Comitia Ratiſponæ cùm Turcis reſiſtendi, tùm religionis componendæ cauſa, ſed ſoluta ſunt re omni infecta. Suri. in hiſt. qui hac in re impudẽtiſſimi mendacii arguit Sleidanũ.

An 1545. Lutherus Puellam quãdam dæmoniacã è Miſnia Vuitembergam ad ſe deductam cùm à demone liberare conaretur ſuis exorciſmis, in quodam ſacrario parochianæ eccleſiæ incluſus, vbi dæmonẽ cœpit adiurare, eius voce ita eſt perterritus, vt ſtatim de fuga cogitarit, ſed cùm oſtium ita malus dæmon obſtruxiſſet, vt neque foris neque intus reſerari poſſet, in eas venit anguſtias, vt etiam per feneſtras cancellis ferreis obductas erumpere conaretur. Verùm non prius reperit exitum, quàm ſecuri ferrea per cãcellos immiſſa, oſtium cõfringeretur à Staphylo tunc iuuene & eius auditore, qui hanc hiſtoriam vt viderat ſcriptam reliquit Apologi. 2.

Carolus 5. Imperator anno 1547. pactis cum Turca induciis, & pace cum Gallo confecta, inſtigante Paulo PP. bellum geſſit contra Proteſtantes (eorum exercitus creditur fuiſſe ſupra 60. millia) quos fœliciter ſimul cum tota Germania domuit, Vuitembergenſi Duce omnibus facultatibus exuto, captiſque Ioanne Friderico electore Saxoniæ, & Philippo Lãdgrauio Haſſiæ, mulctatiſque ingenti pecunia ciuitatibus, quæ contra ſe arma tulerant: vnde ob res tam præclarè geſtas cognomẽtum MAXIMI & FORTISSIMI accepit à Pontifice. Suri. in hiſtor. Sleid. lib. 19.

Eodem anno celebrauit comitia Auguſtana, pro pace religionis & Reipub. in quibus omnes Principes, excepto Saxone, Concilii Tridentini decretis ſe ſubmittunt. Formula quædã (quæ paſſim dicebatur INTERIM) certa capita doctrinæ, & cæremoniarum, & emendationis eccleſiaſticæ continens, omnibus per Germaniam obſeruanda præcipitur vſque ad Concilii definitionem. Surius in hiſtor. Sleid. lib. 21.

Seditio Aquitanica excitatur an. 1548. ob ſalinarium vectigal, & extraordinaria tributa: demùm comprimitur ſeditioſis grauiter caſtigatis à Rege Henrico, miſſo illuc cum exercitu Anna Momorantio Coneſtabili.

An. 1535. Carolus 5. Tunetum Solimano extorquet: Gouletam arcem expugnat: Regnum Tunicum totum recipit & Regẽ Altzacheum antè pulſum reſtituit. Paradinus.

Martinus Lutherus quẽ tertiũ Eliã quidã auſi ſunt vocare, cùm benè potus ac hylaris in lecto cubuiſſet, manè repertus eſt mortuus an. 1544. 12. Calend. Mart. & ætatis 63. Hoſius lib. de hæreſ. Iuſtus Ionas eius cocus lib. de eius vita & obitu, refert Lutherum paulò ante mortem ſibi, Cælio, & aliis qui tunc aderant dixiſſe: Orate Deum pro Domino noſtro Deo & eius euangelio vt ei bene ſuccedat & cæ. Eum ſub mortem probaſſe dogma Zuinglianorum de Euchariſtia contendunt miniſtri Heidelbergenſes in libro Germanico cuius titulus, Acta colloquii Mulbrunenſis fol. 217.

c Bellum Lutheranorum contra Zuinglianos, propter ciuilia bella Imperatoris aduerſus Proteſtantes & hæreticos, ſimulata concordia triennio intermiſſum, inſtauratur an. 1552. à Ioachimo Vueſtphalo, edito libello, Sacramentariorum cõfuſaneas & inter ſe diſſidentes opiniones de cœna Domini continente. Tale diſſidium nunquam poſteà potuit extingui, ſed magis ac magis exarſit, ſcriptis ab vtriuſque partibus doctis & indoctis multis libris, orationibus, dialogis, confeſſionibus, epiſtolis, adeò vt maiori quã vnquã antea impetu, ſurſum & deorſum res agitata fuerit: Lutherani multas habuerunt ſynodos quibus de opprimendis Sacramentariis actitarũt: multi eorũ ſe iunxerunt Catholicis, vt Zuinglianos facilius opprimerent (ſic nuper factũ eſt Antuerpiæ) in quos tanquam peſtilentiſſimos hæreticos acerbè inuehebantur, eisque aqua & igni interdicebant: nec erant contenti, niſi omnes expreſſè profiterẽtur ſe Corpus & Sanguinẽ Chriſti corporaliter & ſubſtantialiter ore corporis, quin & impios quoque mãducare. Erant in hoc negotio vehemẽtes ſcriptores, ex Lutheranis Ioachimus Vueſtphalus, Ioa. Timãnus, Erardus Suepſlius, Eraſmus Alberus, Stolzius, Brentius: ex Sacramentariis Henricus Bulingerus, Ioan. Caluinus, Bernardinus Ochinus, Ioan. à Laſco. Hæc & alia multa ſcribit Ludouicus Lauatherus Zuinglianus in hiſtor. controuerſiæ Sacramentariæ.

Quidam hoc tempore, qui per Galliam dicebat ſe habere Spiritum D. Ioannis Euãgeliſtæ, exuritur Tholozæ, alter viſus eſt Lu

| An. ab orb. cõdito. | Anni à Xp̃o nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5638 | 1550 | 229 | c IVLIVS 3. Romanus, ſed ex Aretina diœceſi oriũdus, Solimano Turcorum Imperatore, Carolo 5. Occidentis Imperatore, Henrico 2. Francorum Rege | 5 | 1 | 16 |
| | | | *Vacat* | | | 17 |

tetiæ

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſe | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5639 | 1551 | | CONCIL. *Tridentinum ex Bononia reducitur Tridentum, ſed poſt 8. menſes quàm cōtinuari cœperat, bello Germanico diſſoluitur. Suri. in hiſto. Sleid. lib. 24.* | | | |

tetiæ & Baſileæ, qui genio Petri duce, ſe frui contenderet: alius etiam Baſileæ auſus eſt aſſerere ſe Moſis angelū habere. Suri. in hiſtor. Dauid Georgius impudenter per Hollandiam & Friſiam ſcribebat ſe eſſe verum Meſſiam & Dei nepotē, & non ex carne natū ſed ex S. Spiritu. Ionas cocus Lutheri ſe Iuſtū Ionā prædicabat, Oſiander ſe Enochum ſecundum. Suri. in hiſtor. Rodolphus à Moshan decanus Patauienſis, Lutheraniſmum & Papatū (ſic Eccleſiam Catholicam vocabat) Antichriſto iungebat, & ſe vtriuſq; partis mediatorē conſtituebat. ait Oſiāder.

Henricus Franc. Rex prætextu tituli quo ſe libertatis Germaniæ & Principum captiuorum vindicem appellabat, an. 1552. ingenti cū exercitu progreſſus, tres Epiſcopatus, Tullum, Verodunū, & Metim Imperio ſubtrahit: Lotharingiam occupat, Ducem puerum 9. annorum in Gallias mittens, eique filiam ſuam in matrimonium ſpondēs. Sleid. lib. 24. Surius in hiſtor. Eodem anno cùm Carolus Imperat. Metim per vnum menſem obſediſſet, hyemis intemperie obſidionem ſoluere cogitur. Sleid. lib. 24.

Obiit Martinus Buccerus in Anglia ann. 1551. 3. Cal. Mart. Scribūt quidam ſe ex fide dignis & ab eius diſcipulis accepiſſe, ipſum moribundum dixiſſe Ieſum Chriſtum non fuiſſe verum illum promiſſum Meſſiam, ſed alium nobis expectandū. Lind. dial. 2. dubita.

Vita defuncti ſunt Fridericus Nauſea, Andreas Oſiander (quem hoc tempore fuiſſe vnicum veritatis aſſertorē audet ſcribere Fūccius in Chron. Eum autē planè mutum obiiſſe ait Palladius). Conigpergii, & Caſpar Hedio Argētini, (iſti duo eodē die) an. 1552. Sleid. lib. 24. Lyzetus Lutetiæ, an. 1554.

An. 1553. quidam ordinis Patritii in ius vocatus à plebeio, cui debebat aureos ferè 300. petens dilationem 8. dierum ad reſpondendum iurat facta imprecatione (conſtabat autem ipſum falsò iurare) ſe dolo cum eo non agere: vix extra palatii ſcalas delapſus, cecidit ſimilis apoplectico & ſexto die moritur. Appendix Cario.

Catholica religio magna ex parte reſtituitur in Anglia, & Euangelici egregiè mulctantur, tranſlato per mortem Edouardi ad Mariam Reginam Imperio, & ea Philippo Caroli Imperatoris filio deſponſata. Anno ſequenti 1554. prorſus reſtituitur, & multi Euangelici aufugiunt. Tota Anglia Eccleſiæ conciliatur, accepta in Regni Comitiis generali abſolutione ſchiſmatis cōmiſſi contra Eccleſiam, Rege & Regina cum cæteris qui aderant ad genua Cardinalis Reginaldi Poli procumbentibus. Suri. in hiſt.

Cùm Andreas Zebedeus & Ioannes Angelus miniſtri Zuingliani, ille Nyonis, hic Burſini oppidorum Bernatenſium, publicè in ſuis cōcionibus & priuatis colloquiis hæreſi notarent Ioan. Caluinum, ipſe cum ſuis quibuſdam diſcipulis Bernam profectus an. 1554. menſe Nouembri, in eos actionem calumniarum intendit: illi contrà, collectos ex eius libris Latinis & Gallicis, articulos 15. de prædeſtinatione & reprobatione, hæreti-

cos eſſe pœna incendii docẽdum ſuſcipiunt: & præterea conqueruntur quorundã Francorum exulum clandeſtinis perſuaſionibus ſuos Bernenſes Geneuã attrahi, vt illic cœnam de Caluini manibus ſumerent. Itaque Senatusconſulto Bernenſi cautum eſt anno 1555. 3. Non. April. ne Geneuenſes libros quibus huiuſmodi articuli continerentur (qualis eſt Inſtitutio Caluini) deinceps ederent aut etiam venderent: vtque formula ſolius Catechiſmi Bernenſis retineretur, repudiato Geneuenſi. Hæc Carol. Molineus in libello Gallico, quem pro ſui defenſione contra Caluiniſtas, nomine Simonis Challudri edidit. pag. 62. 63. & 64.

d Ioan. Caluinus ad nundinas autumnales Frãcforti an. 1556. cum miniſtris eius loci de cœna conferre volens, reiectus eſt, quòd ſe Zuinglianum profiteretur. Lauath. in hiſtor. Controuerſiæ Sacramentariæ. Surius in hiſtor.

Eodem anno cùm plerique Laici in Polonia vſum calicis in ſacramento Euchariſtiæ contẽſioſè eflagitarent, quaſi Chriſtus eſſet exanguis ſub altera ſpecie, & Roma. Pontifex eò miſiſſet Aloyſium Lipomanum Veronenſem Epiſcopum ad Regem Poloniæ Sigiſmundum, ea queſtio diuino miraculo eſt iudicata. Nam cùm quidam Iudæus *Biſheim* ſiue Benedictus in quodam Poloniæ oppidulo Sachazeto nomine, tribus miliaribus ab arce *Louitz*, à ſua ancilla Chriſtiana, Dorothea Lazezla nomine, ſacrã Euchariſtiam (quam ipſa ad pagum Catzo die Paſchæ ſuſceperat, & ex ore extractam in ſudariolũ repoſuerat, vt ad ſuũ herũ deferret) tribus daleris & veſte ſericas fimbrias habente, emiſſet, & in ſynagogam pugionibus, & cultris confodiſſet, repentè ex illa MVLTVS CRVOR emanauit, quẽ Iudæi cocleari in vitreum calicem transfundunt. Hac re paulò poſt cognita, & ad Sigiſmundum Regem, qui tunc erat Vilnæ, (quæ eſt vrbs Lituaniæ Metropolis) delata, mandatur illius oppiduli præfecto ſecundario, vt totum negotium diligenter inquirat, & in huius ſceleris complices extremo ſupplicio animaduertat. Itaque Dorothea cum Iudæo ſuo hero, die Veneris poſt Chriſti Aſcenſionem flãmis exuritur, reliqui itẽ Iudæi ſceleris ſocii (vno excepto qui aufugerat) Calẽd. Iun. idẽ ſuppliciũ luũt. Vnde multi & ipſe Poloniæ Rex non mediocriter in retinenda Catholicæ Eccleſiæ communione confirmatur. Hiſtoria rerum memorabilium & cæ. conuerſa à Pontano lib. 5. & Surius in hiſtor.

Sub hæc tempora imago cruxifixi à quodam lapidibus per indignationem icta emiſit ſanguinem, ſed ſceleris reus Moguntiæ ſupplicio afficitur. Brẽtius in cap. 3. ad Gala.

An. 1556. obierunt mortem Ioannes Sleidanus Argentinæ, Conradus Pelicanus ex Minorita, Zuinglianus Rubeaqui, & omniũ peſſimus Dauid Georgius Baſileæ, Luthetiæ Franciſcus Picardus Theologus, & Andreas Tiraquellus iuriſconſultus. ann. 1558. Ioann. Fernelius ſummus medicus Lutetiæ

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xp̄o. nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5643 | 1555 | 230 | MARCELLVS 2. natione Tuſcus, oppido Politiano, humili Ceruina familia ortus, ac pius & doctus, Solimano Turcor. Imperatore, Carolo 5. Occident. Imperator. & Henrico 2. Francorum Reg. | | | 22 |
| | | | *Vacat* | | | 22 |
| 5643 | 1555 | 231 | d PAVLVS 4. Neapolitanus, ex familia illuſtri Caraffa, Solimano Turcorum | | | |

ann.

| An. ab orb. cōdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Pontificum | | Ann | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Imper. Carolo 5. & Ferdinando eius fratre, per ordinem, Occidentis Imperatoribus, Henrico 2. Francorum Rege, & vſque ad Regni Franciſci 2. initium ſedit | 4 | 2 | 27 |
| | | | *Vacat* | | 4 | 6 |

an. 1559. Romæ Ioannes Gropperus Theologus & Cardinalis, apud Biturigas Frãciſ. Duarenus iurecōſultus, in Vngaria Iſabella Vngariæ Regina, quæ rara fœlicitate fuit Regis filia, Regis ſoror, vxor & mater, Lutetiæ Henricus Rex 6. Id. Iulii an. ætatis 40. menſ. 3. die 11. & Regni an. 12. menſ. 3. die 11.

Eodem anno Non. Septembr. Lutetiæ ſummo mane in ædibus viæ Iacobeæ cuiuſdam priuati hominis, qui tunc aberat, ante collegium Pleſſiacum, comprænhenduntur Caluiniſtæ ſiue Lutherani, vt vocabantur, vtriuſq; ſexus circiter 120. qui nocte ipſa illuc ad concionẽ & preces (ne cætera dicam) cōuenerant. Ex ipſis nonnulli paucos poſt dies conburuntur.

An. 1557. Prid. Non. Septemb. inchoatum eſt Vuormatiæ colloquium inter Catholicos & Lutheranos decreto Comitiorū Ratiſponenſiū. Aderant Euangelicarum partium 12. miniſtri, qui à Catholicis interrogati quas ſectas confeſſioni Auguſtanæ conſentaneas & diſſentaneas exiſtimarent (quod variæ ſectæ ſub Auguſtana Confeſſione comprehẽdi vellent, & decretū eſſet, inter eos ſolùm colloquium habendum qui eſſent antiquæ Religionis vel Auguſtanæ cōfeſſionis) per 16. dies inter ſe cōcertarunt, cùm alii ex ipſis ſectas quaſdam vt à confeſſione Auguſtana diſcrepantes damnarent & excluderent, alii retinendas, eiſque parcendum cenſerent. Ea concertatio eò vſque progreſſa eſt, vt ex 12. miniſtris 5. reiecti & excommunicati fuerint, tanquā contrarii confeſſioni Auguſt. in præcipuis capitibus, vt de Lege & Euangelio, de Libero arbitrio, de Iuſtificatione, de Operibus, de Sacramentis, & vſu cæremoniarum. His ita geſtis, quòd à 7. reliquis miniſtris nunquā impetrari poſſet, vt ſigillatim multiplices ſectas à confeſſione Auguſtana ſecernerent & damnarent, ne inanis eſſet labor colloquii, illud vix adhuc benè cœptum intermittitur & ſuſpẽditur. Amſdorffius in lib. Publicæ confeſſionis puræ doctrinæ Euangelii & cæ: Nicol. Gallus in ſuis Theſibus & hipotypoſ. Hiſtoria rerum memorabilium & cæ. conuerſa à Pontano lib. 5. Lauatherus in hiſtor. controuerſiæ Sacrament. Surius in hiſtoria.

An. 1558. Franci Duce Franciſco Guiſano Principe, vrbẽ Caletum omniū opinione inexpugnabilẽ. 7. obſidionis die 5. Non. Ianua. expugnarūt. Mox Guinā arcẽ munitiſſimā captam incendūt, & Hamam capiūt, denique Anglos ex tota Gallia exturbant.

An. 1559. 7. Non. April. Inter Gallū & Hiſpanum inita pace, qua hodiè fruimur, Philippo Regi Hiſpaniarum Eliſabetha filia Henrici Francorum Regis natu maxima deſpondetur, & Margarita eius ſoror vnica Emanueli Philiberto Allobrogum Duci.

Eodem anno iuniores Saxoniæ Principes & Comites Mansfeldenſes Lutherani, edūt ſeparatim publicū ſcriptum, quo vndecim ſectas huius ſeculi, & præcipuè Zuinglianam, vt execrabiles hæreſes damnarunt. Surius in hiſtor. Lauather. in hiſtor Contro-

uerſiæ ſacramentariæ.

e Fuit hoſtis Symoniacorum,& plura habentium beneficia; oſor diſpenſationum.

An. 1560. Lutherani & Sacramentarii ardentiſſimo odio inter ſe flagrãt, cùm ſcriptis contrariis tum edictis publicis. Nam Vuitembergẽſes, quibus præerat Brentius, edictum promulgant contra Sacramentarios: Ienenſes miniſtri edunt ſupplicationem ad Ioan. Fridericũ 2. Ducem Saxoniæ, eiuſq; fratres ac alios Principes & ordines confeſſionis Auguſtanæ,pro legitima ſynodo, in qua ſoli Lutherani conuenirẽt, & Zuinglianos atque alios,quibus aduerſantur,cõdẽnarent. Contrà ab Heidelbergẽſi academia poſt publicam diſputationẽ Zuinglianorum contra Lutheranos, Heſhuſius Lutheranus abire iuſſus eſt: & mox Superintendentes Heidelbergenſes, edunt decretũ, quo Lutheri & Brentii catechiſmi extra Eccleſiam eiiciantur, & eorum ſcripta nullam habeant auctoritatẽ. Lauatherus Zuinglianus in hiſtor. controuerſiæ Sacrament. Surius in hiſtoria.

Magni tumultus à neſcio quibus Euangelicis religionis cauſa excitantur in Scotia, Gallia, & Allobrogibus.

Seditio Amboëſiana prætextu boni publici & conſeruandarum legum Franciæ à quibuſdam ſectariis non admodum claris,qui erant numero 500. milites equeſtres & aliquot pedites, ſuſcepta, detegitur 9. Cal. April. & eius duces grauiſſimis ſuppliciis plectuntur. Mox Rex omnes reos hæreſis abſoluit edicto publico, modò in poſterum fidem Catholicæ Eccleſiæ retinerẽt. Ex eo tempore, qui prius Lutherani dicebãtur, per totam Galliam cœperunt vocari Huguenoti.

E vita exceſſerunt an. 1560. Robert. Cœnalis Arboricẽſis Epiſcopus & doctor Theologus Lutetiæ, 5. Cal. Maii. Ioan. à Laſco Zuinglianus in Polonia. Idib. Ianua. Philippus Melanthon 13. Cal. Maii, Franciſcus 2. Rex Fran. Pridie Non. Decembr. Ann. 1562. Petrus Martyr Pridie Idu. Nouembr. An. 1563. Franciſcus Dux Guyſius præfectus exercitus Regii, incredibili luctu piorum omnium, à quodam proditore perimitur, An. 1564. Ferdinandus Imperator 8. Cal. Auguſt. Ioan. Caluinus 14. Cal. Iunii. (Iſte tam variis morbis extinctus eſt, vt, niſi à Beza ſcriptum eſſet, vix crederetur) An. 1565. Adrianus Turnebus natus 53. an. Lutetiæ, Prid. Idu. Iunii. Ann. 1566. Ioa. Functius (vt audio ſuſpendio obiit) Carolus Molineus ſenio Lutetiæ defunctus eſt menſe Decemb. Statuerat multa contra Caluiniſtas ſcribere, ſed magno eorum commodo morte eſt præuentus.

Ioannes ALEINVS nobili Valzergorum & Sereſiorum familia ortus, Tholozanus Eccleſiaſtes & Archidiaconus, fidei defenſor, vt eius libri teſtantur, clarus, propter miram eloquentiam cum doctrina & vitæ ſanctimonia coniũctam toti Aquitaniæ charus, omnibus piis mœrentibus Tholoſæ obiit an. 1566. 13. Cal. Septemb. ſub horam noctis decimam an. ætatis ſuæ ferè 38.

An. 1562. in hoc Regno omnia fuerunt funeſta, graſſantibus per totam ferè Galliam

| An. ab orb. cõdito. | An. à Xpo. nato. | Num. Ponti ficũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5648 | 1560 | 232 | e PIVS 4. Mediolanenſis, Solimano Turcorum Imperatore, Ferdinãdo, & Maximiliano, ex ordine, Occident. Imperatoribus, Franciſco 2. & poſt eum, Carolo 9. Maximiliano, eius fra. Frãcorum Rege | 5 | 11 | 8 |
| | | | *Vacat* | | | 29 |

bellis

| An. ab orb. cõdito. | Anni à Xpo nato. | Num. Pontificũ. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 5650 | 1562 | | CONCIL. *Tridentinum aliquandiu interruptum continuatur, præſidẽtibus 4. Legatis ſedis Apoſtolicæ, & præſentibus 2. Cardinalibus, 3. Patriarchis, 21. Archiepiſcopis, 168. Epiſcopis, 7. Abbatibus, 7. Generalibus ordinum, 39. procuratoribus abſentiũ cum legitimo mandato. Durauit* | I | II | 4 |

bellis, fame & peſte: Plura certe mala vnico anno Gallia à ſuis pertulit, quàm cunctis ſuperioribus bellis ab exteris. Illis commemorandis propter legem ἀμνηστίας prudens lubenſque superſedeo.

An. 1563. Inito fœdere cum fautoribus nouæ religionis promulgatur edictum Pacificationis.

An. 1564. multi Sinenſes, populi Noui orbis, in Oriente fidem Chriſti ſuſcipiunt. Suri. in hiſtor.

Eodem anno menſe Aprili inchoatum eſt Mulbrunenſe colloquium inter Lutheranos & Zuinglianos ſiue Caluiniſtas, præſentibus Palatino electore & Duce Vuitẽbergenſi, cui etiam interfuit Brentius, colloqutore Iacobo Smidelino pro Lutheranis contra Boquinum Zuinglianum: Inter quos poſt longuam concertationem non ſolùm nulla fieri potuit concordia, ſed odiũ & ſimultas acriùs exarſit, ſe mutùis iniuriis proſcindentes: Vuitembergenſes vocabant Palatinos, ſectarios, falſarios, quòd corrupiſſent verba Lucæ: contrà Palatini dicebãt Vuitẽbergenſes, noua falſa, & inaudita dogmata proferre, ſuis ſomniis ſcripturam peruertere, & de vna eadẽq; re affirmatiuè & negatiuè ſolere reſpondere. Vide acta eius colloquii tam ea quæ ab Vuitembergenſibus, quàm quæ à Palatinis ( qui ſcriptum Vuitembergenſium crebro mendacii inſimulant) edita ſunt.

Melita ſiue Malta inſula à Turcis oppugnari cœpta eſt an. 1565. 15. Cal. Iuni. In obſidione ceciderunt ex 500. equitibus Rhodiis ſiue Ioãnitis 313. aliis ferè omnibus valde vulneratis: Turci audito aduentu Gorziæ Proregis Siciliæ ſoluunt obſidionem 7. Non. Septemb. poſt 3. menſem & 17. diem quàm deſcenderant in inſulam.

An. 1561. quidam hæreticus Lucas Stembergerus nomine, docet inter alia, non eſſe Trinitatem ſed vnum Deum: non Chriſtũ non S. Spiritum: de Sabbatho Colendo, de Euchariſthiæ Sacramento, de baptiſma denique, quod Satanicam vocat inſtitutionẽ, multa abominanda palàm aſſerit. Contrà in Polonia plerique publicis ſcriptis & concionibus tres Deos eſſe affirmant, ſymbolum Athanaſii vocant Satanaſii. Surius in hiſtor.

Eodem anno, quòd multæ nouæ hæreſes prætextu Confeſſionis Auguſtanæ irreperent, fuit conuentus Principum Auguſtanæ Confeſſio. Numburgi in Thuringia, in quo egerunt de Zuinglianis ſolemniter, & quã apertiſſimè condemnandis, ſed id à quibuſdam Principibus impeditum eſt. Saxones etiam Lutherani ad ſedandos motus propter rem ſacramẽtariam exortos, conuentũ agunt Luneburgi, damnãtque hæreſeos Albertum Hardemburgium Zuinglianum. Lauatherus in hiſtor. Controuerſiæ Sacram. In Tranſyluania alii Lutheri alii Zuinglii doctrinam ſequuntur, magno apud Turcos ludibrio religionis Chriſtianæ. Bremenſes omnes Lutheranos vrbe ſua exire iubent. Lauather. ibidem. Surius in hiſtor.

Inſtitutum fuit à Rege colloquium Poſſiacū inter Catholicos & Euangelicos, ſed cùm primùm publicè, deinde priuatim colloquuti fuiſſent per aliquot dies, diſſoluitur abſque vllo profectu. Impudentiſſimū eſt mēdacium, quod Lauatherus ſcribit colloquutores Catholicos conſenſiſſe cum miniſtris.

Eodem anno 16. Cal. Februa. edicto Regio permiſſum eſt Euangelicis ſuos conuentus ac exercitia & negotia ſuæ religionis extra mœnia vrbium habere, donec aliter à Rege decerneretur, ſiue vſque ad Concilii œcumenici Tridentini determinationem. Promulgatur in ſenatu Pariſiēſi Prid. Non. Martii, cum hac clauſula: *Audito procuratore Regis, abſque tamen approbatione nouæ religionis, & id totum per modum prouiſionis, & donec aliter per Dominum Regem fuerit ordinatum.*

Francorum exulum (qui erant Zuingliani) Eccleſia cùm Francforti per annos ferè 7. manſiſſet, anno 1561. 9. Calendis Maii. ſenatuſconſulto Francfordienſi vrbe excedere, aut ab exercitiis ſuę religionis abſtinere iubetur: quòd ipſi à Lutheranis ſiue Germanis miniſtris diſpares eſſēt & religione & ceremoniis & doctrina, quódq; in pręcipuis capitib⁹ cōfeſſionis Auguſtanę, eius Apologiæ, pacificationis Vuitembergenſis, factæ an. 1536. denique Francfordiēſis concordiæ, actæ an. 1542. 5. Idu. Decembris, diſſentirent. vide huius rei acta & hiſtoriam editam à Franciſco Philippo.

f Hic PP. præter omnium expectationē ſed tamen omnium Cardinalium, qui aderant, ſuffragiis, electus eſt 7. Idus Ianuarii, & coronatus 16. Calend. Februar. Noluit miſſilia dare (vt mos erat) ne præ compreſſione turbæ quidam ſuffocarentur: ſed maiorem pecuniæ ſummā iuſſit diuidi in monaſteria, & loca pia, & pauperes vrbanos.

Fertur eſſe miræ ſanctitatis, & Concilii Tridentini rigidus obſeruator. Tres Cardinales præpoſuit cognoſcendis cauſis, quibus Epiſcopi Romæ detinētur, vt ſi idoneæ non ſint, ad ſuas diœceſes extrudātur. Cōcubinatum omnem perpetuis carceribus aut exilio mulctat, etiam renuentibus Romanis ciuibus, nec ſinit ſuos conſanguineos bonis Eccleſiaſticis ditari: Numerum domeſticæ familiæ valde imminuit, vt plus in rem Eccleſiæ poſſit inſumere: mulctas à reis non cogit: Multos abuſus ſuſtulit: Leges ſeueras tulit cōtra ſymoniacos & blaſphemos: Statuit reſignationes beneficiorum ſimplices non admitere, niſi habita prius diligenti examinatione, num qui deſignātur ſint idonei: Cùm autē aliquis ad ipſum retuliſſet id eſſe Curiam deſtruere, minus malum eſt, inquit, deſtruere Curiam, quàm cultum Dei negligere, & Chriſtianā Rempub. turpiter prodere. Vetuit edicto Iudæos Chriſtianum quēquam ad opus conducere. Vide epiſtolas aliquot nuper editas, de cæteris eius geſtis.

Tumultus Flandrici Caluiniſtarum contra Philippi Regis Hiſpaniæ edicta, poſt

| An. ab orb. cō dito. | An. à Xpo nato. | Num. Pontificū. | | Ann. | Menſ. | Dies. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1654 | 1566 | 233 | f PIVS 5. Alexādrinus nūc ſedet, Selimo Turcorum Imperatore, Maximiliano Occidentis ſiue Romanorum Imper. Carolo 9. Maximiliano Francorū Rege, *cui det Dominus vitam diuturnam, Imperium ſecurum, domū tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populū probum, quietum, & pacatum.* | | | |

| An.ab orb.cō dito. | Anni à Xpo nato. | Num. Ponti ficū. | | Ann. | Menſ. | Dies. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|

vnum ferè annum quàm excitati fuerant coërcētur, receptis ciuitatibus, quæ defecerant, à Regiis magiſtratibus: Seditioſi egregiè puniuntur, & Philippi Regis Hiſpaniæ aduentus in Flandriã proximè expectatur.

Elias Romanæ ſynagogæ Iudæorũ præpoſitus cum tota ſua familia fit Chriſtianus, & à PP. baptizatur prid. Idus Iunii 1566. Eodem an. eius exemplo Iudæi plures 300. fidem Chriſtianam ſuſcipiunt.

Τέλος σὺν Θεῷ.

## Errata, quæ nos inter legendum ſuffugerunt.

Extrema pag. lib. primi pro ſeder holema lege ſeder holam.

Ad annum Domini 139. col. 1. lin. 8. deeſt litera i.

Ad an. 278. col. 1. lin. 14. ex genere.

Ad annum Domini 328. columna 1. linea 15. lege ſic, Iuſtinia. leg. 4.

Ad an. 369. col. 1. ſub finem lege, Pachimeres Philoſophus.

Ad an. 702. col. 2. lin. 12. circiter 800.

Ad an. 752. col. 1. lege dic.

Ad an. 794. tranſpone numeros cum numeris ſequentibus 790.

Ad an. 824. col. 2. lin. 16. deeſt, Occid.

Ad an. 855. col. 2. lin. 15. an. I. M. I.

Ad an. 878. lege 879.

Ad an. 885. col. 1. lin. 32. Rolone.

Ad an. 984. in numeris Pontificum lege 141. & 142.

Ad an. 985. in numeris Pontificum lege 143.

Ad an. 1002. col. 2. lin. 31. Herbipolenſis.

Ad an. 1045. col. 2. lin. 41. Saris berienſis.

Ad an. 1059. col. 1. lin. 19. confesſionem.

Ad an. 1198. col. 2. lin. 27. poſt vocem Imperatoribus, deeſt, Theodoro Laſcari Græcorũ Imp.

Ad an. 1273. col. 1. ſub finem, ferè 1000.

Ad an. 1283. col. 1. lin. 14. Principibus, Ducibus & Comitibus.

Ad an. 1294. col. 1. lin. 4. deeſt, & Othomano Turcorum 1. Imper.

Ad an. 1305. col. 1. lin. 59. Georgius, & lin. 60. terrore. & col. 2. lin. 5. deeſt, & Othomano Turcor. Imper.

Ad an. 1342. col. 1. lin. 49. lege, 1558.

Ad. an. 1503. col. lin. 11. ſedit di.

Ad an. 1536. col. 1. lin. 12. Concil. Coloniẽſe.

## RATIO CVR PER PONTIFICES ROMANOS deducta ſit Hiſtoria.

*Tertulianus lib. de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos*

Cupio oſtendant mihi ex qua auctoritate prodierint, edant origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſsiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorẽ & anteceſſorem: hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrneorum Eccleſia Policarpum à Iohanne collocatũ refert, *ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatũ edit. & cæ.* Cõfingant aliquid tale hæretici.

*Auguſtinus contra epiſtolam Manichæi funda. cap. 4.*

Multa ſunt alia quæ in eius (Eccleſiæ) gremio me iuſtiſsimè teneant, tenet conſentio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. *Tenet ab ipſa Sede apoſtoli Petri, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſsio ſacerdotum.* Tenet poſtremo ipſum catholicæ nomen & c.

*Idem in Pſalmo contra partem Donati tomo 7.*

Numerate ſacerdotes, vel ab ipſa Sede Petri & in ordine illo patrum quis cui ſucceſsit videte, ipſa eſt petra quam non vincũt ſuperbæ inferorum portæ.

*Optatus lib. 2. cõtra Parmenia. vbi Rom. Epiſcopos enumeraſſet ad Syriciũ vſque.*

Veſtræ, inquit, cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vendicare.

*Epiphanius lib. 1. cap. 27. tom. 2. vbi ſeriem Rom. Epiſc. ex catalogo enumerauit.*

Et ne quis, inquit, miretur quòd ſingula ita recenſemus, per hæc enim claritas oſtenditur.

*D. Paulus Epheſ. cap. 4.*

Ipſe (Chriſtum intelligit) dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem *Paſtores & Doctores* ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti: donec *occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei*, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: *vt iam non ſimus paruuli, fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ*, in nequitia hominum & cæ.

*FINIS.*

*Ad Lectorem Ioan. Noguerius.*

הַקֹּרֵא אִם אַתָּה תִּרְצֶה
לָבוֹן אֱמֻנָה סִפְרַת שָׁנָה :
וַאֲשֶׁר בּוֹכֶל הָעֵת נֶעֱשָׂה
שֶׂכֶל זֶה סִפּוּר בֶּאֱמוּנָה :
אָסוּף מִסִּפְרֵי כָל מִקְרָא
לָכֵן תָּמִיד בּוֹ תִּלְאֶה נָא :
כִּי זֶה שָׁקַד בִּשְׁבִיל אוֹתְךָ
אַל תְּשַׁכַּח אַתָּה וְאוֹת בִּינָה :
בנ״לך.

In operis commendationem
carmen.

*Haud facile eſt (aiunt) complecti plurima paucis,*
*Nec promptum in tabula pingere lata breui.*
*Hoc opus egregiè factum proponit vtrumque,*
*Et duplici fœtu corda grauata leuat.*
*Nam breuitas ſenſum vincit, ſed ſenſus abundans*
*Exuperat molem, quæ grauat ora virûm.*
*Digerit à prima naſcentis origine mundi*
*Tempora, deſcribit Cæſareaſque vices.*
*Pontificeſque ſácros, & Regum nomina promit*
*Ordine, commonſtrans aurea ſæcla patrum.*
*Quos Romana colit, celebratque Eccleſia, tutam*
*Quæ tenet in terris tempus in omne fidem.*
*Vnde poteſt quiuis longo dignoſcere curſu,*
*Quàm reliquis præſtet ſancta cathedra Petri.*
*Illam Pontificum firmat ſucceßio vera*
*Romanorum vllum non habitura modum.*
*Non habitura modum (inuidia rumpantur iniqui)*
*Nam æternùm Petri petra colenda manet.*

*Gilb. Cheze.*

Eiuſdem.
Ad operis auctores

*Linea nulla magis præclarum expreßit Apellem.*
*Quam breuis auctores veſtra tabella refert.*

*PAR grace & priuilege du Roy eſt permis à Martin le Ieune, libraire & imprimeur en l'vniuerſité de Paris, de pouuoir imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé* Chronographia in duos libros diſtincta. Prior eſt de Rebus veteris Populi: Poſterior recentes hiſtorias, præſertímque Eccleſiaſticas complectitur. *Et eſt defendu à tous libraires, imprimeurs ou autres, de quelque eſtat qualité ou condition qu'ils ſoient, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne diſtribuer: tant du Latin que François, autres que ceux que ledit le Ieune aura imprimé ou faict imprimer, ſur peine de confiſcation des liures qui ſe trouueroient autremẽt imprimez & d'amende arbitraire. Et ce iuſques au temps & terme de ſept ans finis & accomplis, à commencer du iour & date, que la premiere impreſsion ſera paracheuee d'imprimer. Ainſi que plus aplein eſt contenu audit priuilege, ſur ce donné à ſainct Germain en Laye le dernier iour de Iuin mil cinq cens ſoixante ſept.*

*Par le Roy à voſtre relation*

*Deuabres.*

BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU



Excvdebat parisiis Martinvs Ivve-
nis, anno mvndi 5655. et Domini
sesqvimillesimo, sexagesimo sep-
timo, tertio idvs Ivlii.

BIBLIOT. UNIWERSYT. POZNANIU


H P
C P